



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

De Iurepatronatus. Tit. XXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)



## De Iurepatronatus.

## TIT. XXXVIII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Buttr. Anch. Panorm. Henric. Canif. Guillem. Durand. in breuiario aureo fol. 110. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 176. Martin. Mefnart. in epitome Decret. fol. 139. verso. Petr. de Rauenn. in compend. iur. Canon. Dan. Venator in analysi method. iuris Pontif. a pag. 486. Goffred. & Holt. in sum. huius tit. Alex. Callan. & Anastas. Germanon. in paratitlis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in expositione titulum iuris Canon. Zypa. in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 290. nouissime Ioan. Honor. lib. 3. sum. in Decretal. omnes sub hac rubr. & vol. 4. reperit. de iure Canonico, ad lib. 3. Decretalium, Roch. Curte.

De materia tit. tractatus integros in lucem ediderunt Cels. Lambert. Paulus de Ciudadinis, Ioan. Nicol. Delphinatis, Ioan. Nicol. Himontecus, Claudius Turtius, ac Andr. Dalnerus, & praxim Iurispatronatus acquiritur, conferendique illud, ac amittendi modos breuiter continenter edidit Iulianus Viuianus qui in secunda impressione eam multis Sacre Rotae decisionibus in calce operis inseritis locupletauit, plura per Villalob. & alios tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. pag. 167. cum seqq. Ioseph. Ludou. tom. 3. sub hoc tit. concl. vnic. pag. 529. Perez tit. 6. lib. 1. Ordin. a pag. 135. Spin. in speculo testam. gloss. 4. princip. Ioan. Franc. Leo in thesaur. fori Ecclesiast. p. 2. c. 6. Valer. Regin. in praxi fori pœnitent. lib. 3. tract. 3. n. 208. cum multis sequentibus, Valq. de benefic. c. 2. de iurepatr. Zerol. in praxi Episcop. verbo iurispatronatus, Zeech. de benefic. & pensionibus Eccles. c. 12. Nicol. Garc. cod. tract. p. 5. c. 9. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 32. Azor. insit. moral. p. 2. lib. 6. a c. 19. usque ad c. 24. & per me de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 70. 71. & 72. Ioan. Anton. Mallobr. in praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias, prelud. 7.

## S V M M A R I V M.

1. Episcopus potest compellere Patronos Ecclesiarum discordantes per subtractionem diuinarum vt ad concordiam redeant.
2. Iurispatronatus est indiuiduum.
3. Heredes plures in iurispatronatus omnes sunt patroni in solidum, ita vt predictum ius non diuidatur inter illos pro portionibus hereditariis sed in solidum, & equaliter ad eos pertineat.
4. Computatio diuersarum vocum descendendum a patronis quomodo facienda, ostenditur.
5. Iurispatronatus gentilitio, & familiari, succedunt descendentes, licet non heredes in capita, & non in stirpes.
6. Iurispatronatus gentilitium dicitur quando fundator in fundatione expressit ratione conseruanda agnationis, & quando dubitatur an sit gentilitium leniores sufficiunt probationes.
7. Iurispatronatus potius presumitur hereditarium, quam gentilitium.
8. Iurispatronatus quando in stirpes, & non in capita spectet ad successores, ostenditur.
9. Iurispatronatus Ecclesiasticum transit ad quoscunque heredes etiam extraneos.

Barbol. Collect. Tom. II.

10. Iurispatronatus non venit in restitutione fideicommissi.
11. Iurispatronatus non transit cum ea vniuersali transatione, que sit in fideicommissarium.
12. Mutatione persona dicitur alia dispositio, & alius contractus.
13. Iurispatronatus diuiduum est quoad commoditatem, & exercitium, secus quoad substantiam ipsius iuris.
14. Heredes sua auctoritate absque superioris consensu possunt facere concordiam de alternis vicibus presentando Rectorem.
15. Ius conferendi quando competit cuilibet in solidum si vnus non confert, censetur consentire collationi per alterum facte.

## CAP. Relatum. I.

## Ex Concil. Mediomatricen.

Quando inter patronos fuerit talis discordia, vt non possit Sacerdos fungi officio suo, si alter prouideri non potest, Episcopus precipiat vt in ea non celebrentur Missarum solemnias, donec patroni concordent, & Ecclesia habeat suum Sacerdotem liberum, quia illa diuidi non habet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Buttr. Imol. Anan. Holt. Henric. Anch. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 346. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 506. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt Burchard. lib. 3. Decret. c. 42. Iuo p. 3. c. 46. & Ant. Aug. collect. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 1. qui tribuunt Concil. Mediomatricen. c. 10. extat tamen hoc decretum in Conciliis vulgaris in Synodo Cabilonen. II. habita sub Imper. Carolo Magno c. 26.

Inter heredes patroni diuidi non debeat. Notatur ad hoc, quod iurispatronatus indiuiduum est, vt per Cornart. variat. lib. 3. c. 19. num. 5. in princip. Maranta in repet. l. is potest. n. 33. & 34. ff. de acquirend. hered. Roch. in tract. huius tit. verbo, & dicitur, quest. 22. num. 22. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 45. §. 1. num. 6. Et ideo si plures sint heredes omnes sunt patroni in solidum, Viuian. in praxi iurispatron. part. lib. 4. c. 1. num. 29. ita vt predictum ius non diuidatur inter illos pro portionibus hereditariis, sed in solidum, & equaliter ad eos pertineat, gloss. hic verbo non debeat, communiter recepta ex Panorm. num. 7. gloss. 1. post princip. in Clem. si plures, hoc tit. Vincent. de Franch. decis. 85. Peregr. cons. 34. n. 2. vol. 1. vbi n. 19. subdit istud ius deuolui ad heredes, non vt heredes, sed quia heredes, refert Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 11. c. 13. n. 379. vbi etiam cum Peregrin. cons. 87. n. 4. volum. 3. resoluit non licere in diuisionibus illud dare vni ex heredibus, & remitti, & num. 380. hinc colligit quod vbi cumque alter ex fratribus obierit, admittitur nepos ad presentandum simul cum patre, & citat Franc. Marc. decis. 11133. num. 6. p. 1. Stephan. Gratian. cap. 521. num. 16. De computatione vero diuersarum vocum descendendum a patronis late Lambertin. de iurispatronat. in 2. quest. princip. lib. 1. part. 2. art. 25. & Campan. d. cap. 13. a num. 384. Et quod in iurispatronatus, quod ad aliquos pertinet vt singulos, non vt vniuersos, succedit in stirpes, & non in capita, per d. Clem. si plures, docent Tiraq. de iure primog. q. 36. num. 3. Rot. decis. 251. num. 5. apud Farin. part. 1. recent. vbi intelligit de iurispatronatus hereditario, Menoch. consil. 316. num. 16. Perez l. 1. vers. monere inuat. tit. 6. lib. 1. Ordinar. pag. 140. Roch. verbo ipse, vel is, a num. 2. Spin. in specul. testament. gloss. 4. princip. num. 61. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 45. num. 61. Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 5. collect. 1733. & in decis.

FF 2 Curia



*Curia Archiep. Neapol. decis. 120. n. 1. p. 2. Vin. in praxi iurisparronat. p. 1. lib. 1. c. 1. n. 160. & ita heredes plures vnus patroni vnū tantū vocem habere resoluunt Azeued. l. 9. n. 9. tit. 6. lib. 1. noua recop. Vin. d. c. 1. n. 60.*

In iurepatronatus verò gentilitio, & familiari succedunt descendentes, licet non heredes, in capita, & non in stirpes, Rota d. decis. 211. n. 5. Et iurepatronatus dicitur gentilitium, ita ut in eo non veniant illegitimi, quando fundator in fundatione expressit rationem conservandæ agnationis, Rot. apud Farin. decis. 395. n. 2. p. 1. recent. Et quando dubitatur an sit gentilitium Ieniores sufficiunt probationes, cum agitur non de illius substantia, sed de pertinentia, ead. Rot. d. p. 1. decis. 675. n. 3. in fine. In dubio tamen præsumitur potius hereditarium, quam gentilitium, ead. Rot. d. p. 1. decis. 675. n. 1. & quod iurepatronatus in dubio præsumatur hereditarium, & transitorium ad quoscumque heredes etiam extraneos ubi ex fundatione, vel aliunde de contrario non docetur, Rot. decis. 707. n. 8. p. 1. & decis. 756. n. 1. p. 2. recent. & in Vbenetana beneficij 28. Ianuarij 1613. coram bonæ mem. Vbaldo, & in Lucana iurisparronatus 16. Junij 1623. coram eodem, & in Pistorien. Parochialis 9. Februarij 1624. coram R. P. D. Merlino. Præsumitur autem gentilitium, non hereditarium quando in eius provisionibus semper fuit habita mentio familiae, & descendentiæ, nunquam verò hereditariæ qualitatibus, vel quando per spatium centum annorum nullus extraneus, aut foemina in eo præsentavit, Rot. in Florentina Canoniciatus 25. Maij 1616. corā bonæ memoriæ Buratto, inter eius decisiones impressas decis. 183. n. 2. & 23. Iurepatronatus quando in stirpes, & quando in capita spectet ad successores, vide Rot. d. p. 1. decis. 308. Intellige supradictam resolutionem, quod scilicet in iurepatronatus succeditur in stirpes, & non in capita, ut non procedat quando competit alicui Collegio, seu familiae, uti ad vniuersos, tunc enim præsentatio fit per capita, non autem per stirpes. Lambertin. 1. quest. secunda primi libri, art. 25. n. 17. & nullam habet difficultatem, quando ad vnum tantum Collegium, seu familiam spectat, vel ad plures, qui tamen simul conveniunt ad præsentandum, non ut diuersa corpora, sed tantum ut vnum corpus, Abbas in cap. scriptam, n. 6. de elect. & in cap. Pastoralis, in fin. princip. & Felin. n. 9. vers. ubi duo corpora, de rescript. benè Cacialup. in l. omnes populi, n. 14. cum seqq. ff. de iustitia, & iure, ubi etiam dicunt, hoc scilicet an ut diuersa corpora, vel tanquam vnum conveniant, dignosci ex circumstantiis facti, quæ in hoc casu multum suadent huiusmodi iurepatronatus competere certis familiis, non tanquam diuersis corporibus, sed tanquam vnum corpus sub nomine familiae, & albergui constituen. quæ omnia habentur apud Rotalem decisionem in vna Taurinen. iurisparronatus 11. Ianuarij 1595. coram Illustrissimo Pamphilio. Patroni absentes an, & quando debeant citari vide Mantic. decis. 268. per totam, ubi tres casus distinguit; primus est quando plures patroni præsentant ut singuli, & tunc ait non requiri quod absentes vocentur, quia non est necessarius simultaneus consensus; secundus, quando iurepatronatus pertinet ad plures, ut vniuersos, & tunc quidem cum non præsentant ut singuli, sed tanquam vniuersi, in hoc casu absentes vocari debere tenet, quia simultaneus requiritur consensus: tertius quando iurepatronatus ad plures pertinet ut singulos, & consequenter patroni præsentant ut singuli; non autem ut vniuersi, sed vigore statuti, aut consuetudinis ad præsentandum soliti sunt simul convenire, & tunc quidem ait absentes vocari debere, qui vocandi sunt, quando præsentatio fit à pluribus tanquam vniuersis, quia simultaneus consensus requiritur, & citat. Lambert. lib. 2. p. 2. q. 2.

prim. art. 8. n. 8. vers. limitat tamen, Roch. verbo honorificum, q. 60. n. 93.

Notatur etiam ad hoc quod iurepatronatus Ecclesie transiit ad quoscumque heredes etiam extraneos, ut per Conar. lib. 2. var. c. 18. n. 6. Bonacof. tom. 1. commun. opinio. lib. 1. tit. 5. n. 36. pag. 170. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1025. Cald. Pereira de empir. c. 12. n. 16. & alios citatos per me de officio, & potestate Episcopi. p. 3. alleg. 1. n. 3. nisi in fundatione fuerit expressum quod transiret tantum ad heredes sanguinis de consensu Episcopi, Roch. verbo ipse, vel is, num. 19. Vivian. d. lib. 1. c. 1. n. 6. nam in dubio iurepatronatus est præsumendum hereditarium, & transitorium ad quoscumque heredes etiam extraneos ubi ex fundatione, vel aliunde de contrario non doceatur, Cardinal. in Clement. plures, hoc tit. q. 6. & Anchar. n. 7. & 11. Lambertin. de iurepatronat. 2. p. 1. lib. 9. n. 15. Hieron. Gabr. conf. 196. n. 5. lib. 2. Rot. decis. 707. n. 8. p. 1. & decis. 756. num. 1. p. 2. recent. & fuit etiam dictum in Florentina Canoniciatus 25. Maij 1616. coram bonæ memoriæ Buratto, & in Pistorien. Parochialis 9. Februarij 1624. coram R. P. D. Merlino. Vnde cum iurepatronatus pertineat ad heredes quia heredes, recte fit non venire in restitutione fideicommissi; ut per Dec. in l. precibus, n. 22. C. de impuber. & alijs, Conar. in cap. Regnum, de testament. 8. n. 8. Padil. in rubr. C. de fideicommissis, num. 25. Callan. in catalogo. p. 1. considerat. 38. q. 43. Anton. Gom. variar. tom. 1. c. 5. n. 28. Cost. in cap. si pater 2. part. verbo Trebellianica, num. 4. Perez l. 1. col. 10. vers. est & alia questio, tit. 6. lib. 1. Ordinament. pag. 139. Peregrin. de fideicommissis. art. 6. num. 37. Molin. de primogen. lib. 1. c. 2. a. n. 5. alt. Molin. de iustitia, rr. 2. disp. 183. ad finem, Ceual. communium contra communes, q. 717. Cened. ad Decret. collect. 5. n. 4. Cald. Pereira de renouat. emphit. q. 19. n. 12. Mantic. de tacitis, & ambig. comment. lib. 1. tit. 1. n. 6. & 15. Nicol. Garc. de benefice. p. 5. c. 9. n. 17. Vinian. d. lib. 4. c. 2. n. 26. Licet enim iurepatronatus annexum alicui rei transeat cum vniuersali alienatione, iuxta cap. ex literis, infra hoc tit. non tamen transiit cum ea vniuersali translatione, quæ fit in fideicommissarium, propterea iura sepulchrorum veniunt in vniuersali alienatione, l. si modicus 2. ff. de contrahend. empt. l. quidam 62. ff. de acquirend. rerum dominio, & tamen non veniunt in translatione vniuersali, quæ fit in fideicommissarium, l. quia perinde, §. fin. ff. ad Trebellian.

Notatur etiam hic text. ad hoc, quod mutatione personæ dicitur alia dispositio, & alius contractus, ut per Surd. decis. 201. num. 6. Menoch. conf. 160. num. 15.

In gloss. Non debeat, i. ibi, & nota quod iurepatronatus, &c. [Notatur ad hoc quod iurepatronatus diuisionem est quoad commoditatem, & exercitium, secus quoad substantiam ipsius iuris, quoad quam indiuiduum ius est, ut per Roman. sing. 559. Roch. verbo ius, quest. 6. num. 11. Azeued. l. 9. num. 1. tit. 6. lib. 1. noua recopil.

In ead. gloss. ibi, qui si non conueniant, &c. Hanc concordiam de alternis vicibus præsentando rectorem possunt heredes sua auctoritate absque superioris consensu, & interuentu facere, ut docent Tiraq. de iure primog. q. 27. opin. 5. n. 2. Azeued. d. l. 9. n. 2. Cened. ad Sextum collect. 7. n. 2. Et quando ius conferendi competit cuilibet in solidum, si vnus non confert, censetur consentire collationi per alterum factæ, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. n. 70.



# De Iure patronatus, Tit. XXXVIII. 341

## CAP. Quaecumque. II.

### Ex Concil. Tribur.

- E**pisopus quando fuerit discordia inter patronos, ut non possit Sacerdos fungi officio suo, debet precipere ut in Ecclesia non celebrentur Missarum solemnias, & inde tollere reliquias, & claudere ostium, donec eligant unum idoneum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Beroi. Viu. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 366. Alagona in compend. inris Canon. pag. 506. & vol. 4. reper. in iure Canon. ad lib. 3. Decret. Ioan. Crot. remissive Ximen in concord. p. 1. defumitur ex Concil. Tribur. c. 32. refertur a Burchard. lib. 5. Decret. c. 224. Iuo. p. 3. c. 285. & ab Anton. Augult. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 3. c. 2.
- Dicit hic text. quod si inter patronos sit discordia in presentando ad beneficium vacans, potest Episcopus iubere, ut claudantur Ecclesie ostia, de eaque reliquie extrahantur, ut per Lambert. de iure patron. lib. 2. p. 24. l. art. 3. l. Julian. Viuiam. in praxi inris patron. p. 2. lib. 6. c. 9.

### SVMMARIVM.

- Patroni si presentando discordant, praefertur presentatum a maiori parte, si est idoneus, & si hoc sine scandalo fieri non potest, vel patroni infra tempus debitum non presentant, Episcopus ordinabit Ecclesiam.
- Inspatronatus transit ad heredes quoscumque.
- Eligentium vota si in duas partes se diuiserint in Metropolitani iudicio, praefertur qui in maioribus inuitur studiis, & meritis.
- Praefertur quando fuerint plures a diuersis patronis, ille debet institui, qui a maiori parte, quamvis famior non sit, fuit presentatus.
- Lite pendente inter patronos super iure patronatus, vel inter ipsos patronos non concordantes in presentato, si causa non finitur inter quadrimestre elapsi termino potest Episcopus providere inuitis ipsis patronis.
- Inspatronatus acquiritur ex reedificatione, seu refectione Ecclesiae penitus diruta.
- Ecclesia penitus diruta, ut illius reedificatione acquiritur Inspatronatus, quae dicatur, ostenditur.
- Inspatronatus non acquiritur ex argumento dotis.
- Dignus presentatus a maiori parte patronorum est confirmandus omisso digniore.

## CAP. Quoniam. III.

### Ex Concil. Lateran.

- P**atroni quando dissentiant, & diuersi diuersos praefertant, qui habet maiora merita & vota plura, praefertur, si hoc non potest fieri sine scandalo, Episcopus ordinet prout melius indicauerit. Idem faciet ubi inter alios nascitur questio de iure patronatus, quae inter quatuor menses non definitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Beroi. Viuiam. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 367. Alagona in compend. inris Canon. pag. 506. & vol. 4. reper. de iur. Canon. ad lib. 3. Decretal. Ioan. Crot. remissive Casal. in Barbof. Collect. Tom. II.

amort. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. defumitur ex Concil. Lateran. sub Alex. III. c. 17. & refertur ab Anton. Augult. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 33. cap. 4.

*Aut heredes eorum.* Ergo inspationatus transit ad heredes quoscumque, ut per Perez l. 1. gloss. de uan soceder. tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 149. & alios citatos ad c. 1. n. 9. supr. hoc tit.

*Qui maioribus inuitur meritis.* Notatur ad hoc, quod si vota eligentium in duas se partes diuiserint, is Metropolitani iudicio praefertur, qui maioribus inuitur studiis, & meritis, ut per Tiraq. de iure primog. q. 17. opin. 3. n. 2. & 3. Conar. in reg. peccatum. p. 2. s. 7. n. 3. & 4. quo nobiliorem tenetur praeficere, Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 11.

*Et plurimorum eligatur, & approbatur assensu.* Notatur ad hoc, quod quando plures a diuersis patronis fuerint presentati, ille debet institui, qui a maiori parte fuit presentatus, ut per Paul. de Cittadinis in tract. huius tit. part. 6. q. 27. Mantie. decis. 86. Seraphin. decis. 875. Rot. decis. 202. & decis. 625. n. 2. & 3. apud Farin. p. 1. recent. Aloyf. Ricc. in praxi resolut. 173. Mari. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 104. n. 1. quos refero de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 197. & me citato in hoc loco, Massob. in praxi habendi concursus, prelud. 7. dub. 22. n. 12. secundum Roman. impress. nec est necesse institutionem fieri a saniori. Roch. in tract. huius tit. verbo honorificum. q. 59. Lambertin. cod. tract. lib. 2. c. 3. q. 4. art. 9. Si vero a maiori parte electus fuerit indignus, a maiori vero presentatus dignus sit, is ultimus admitti debet ad beneficium, Rot. d. decis. 625. num. 3. quia praesentatione indigni scienter facta a maiori parte patronorum totum ius deuoluitur ad presentatum a minori parte, eadem Rot. decis. 568. num. 2. ubi declarat procedere ubi praesentatio fit a pluribus patronis uti singulis, non autem a collegio, vel vniuersitate, est apud Farin. p. 1. recent. Et facienda est comparatio numeri ad numerum, ad hoc ut presentatus a maiori parte possit institui, dummodo sit idoneus, Roch. d. verbo honorificum. q. 58. Lambert. q. 4. art. 2. cum dicatur presentatus a maiori parte patronorum, qui plures habet voces, Abb. hic n. 13. Lambert. lib. 1. p. 1. art. 26. Roch. verbo ipse, vel is, n. 6. Rot. apud Farin. decis. 146. n. 3. p. 1. recent. Non autem facienda est comparatio zeli ad zelum, seu meriti ad meritum, Roch. d. verbo honorificum. quest. 15. Lambertin. d. q. 4. art. 3.

Notatur ad hoc, quod in pluribus patronis praesentibus ad beneficia omnes debent in tali praesentatione resoluenda conuocari, & congregari, ad hoc ut plurimum voluntas pauciorum voluntati praefertatur, ut per Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 14. n. 8.

*Infra quatuor menses non fuerit diffinitum.* Notatur ad hoc, quod pendente lite inter patronos super iure patronatus si causa non finitur intra quadrimestre, elapso termino potest Episcopus providere inuitis ipsis patronis, ut per Tiraq. de retractu lign. s. 11. gloss. 10. num. 37. Cald. Pereira de renouat. emphyt. quest. 7. n. 13. optime Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo inspationatus, s. 5. Campanil. in diuersorio inris Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 486. cum quo declarari ad c. cum propter 27. num. 2. infr. hoc tit. ubi sedet haec materia. Idem pariter dicendum videtur, quando lis est inter ipsos patronos non concordantes in presentato, quia tunc ex deuolutione Episcopus confert. Iul. Viuiam. in praxi inris patron. part. 2. lib. 7. c. 3. num. 7. Zerol. in praxi Episcop. d. s. 5. ubi etiam resoluit quod si contouertatur inter fiscum Episcopi praetendentis Ecclesiam vacantem pertinere ad meram collationem Episcopi, & esse liberam, & ipsos patronos praetendentes

Ff 3 ius

REBOSA  
Ius Can.

213  
GV  
18



ius presentandi, vel iuspationis ad eos pertinere, tunc durante lite Episcopus nō potest providere inuitis patronis, sed ponet oconomum in d. Ecclesia quovisq; sic terminatum negotium, refero ego ipse de officio & potest. Episc. p. 3. alleg. 72. a. n. 148. Et textum in presenti, inducentem denolutionem quando est lis inter patronos tanquam exorbitantem, & rigorosum non extendi ad litem inter presentatos censuit Rot. decis. 586. n. 7. apud Farin. in collect. 1. nouissimarum. Nec etiam extenditur stante lite inter patronos, & inter presentatos, Ioan. Andr. in c. cum vos, n. 2. vers. unde in ra. de officio ordinari. vbi etiam Butr. n. 7. vers. iura ergo, & Imol. n. 7. vers. nec obstat, Lap. alleg. 78. n. 15. Rot. apud Farin. decis. 81. in fine, p. 1. recent.

7 In gloss. Fundatores ibi, quod intellige cum omnino non est destructum, &c. Notatur ad hoc, quod iuspationis acquiritur ex reedificatione, seu refectione Ecclesie penitus destructe, seu dirute, itavt noua consecratione indigeat, minime autem patronus efficitur reficiens Ecclesiam non penitus destructam, vt per Abb. hic n. 1. & 11. & Beroi. n. 56. Roch. de iuspationis, in verbo constructus, n. 12. al. in l. 1. §. si quis adificium, n. 4. de noui oper. munitat. Butlat. consil. 310. a. n. 3. vol. 3. Staphil. de literis gratie, tit. de modo, & forma impetrandi, §. sequitur videre, n. 6. Lambertin. in tract. huius tit. lib. 1. p. 1. q. 6, princip. art. 3. Menoch. conf. 90. n. 27. & conf. 336. n. 5. cum segg. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo iuspationis, §. 2. ad finem, Spin. in speculo testament. gloss. 4. princip. num. 28. Rot. decis. 306. a. n. 3. vol. 3. diuersi. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 19. q. 10. Seraphin. decis. 518. & 907. Aloy. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 159. Nicol. Garc. d. c. 9. n. 51. & plures per me citatos ad alleg. 70. num. 6. Campanil. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. n. 337. me citato in hoc loco, Maslobr. de prelud. 7. d. 22. n. 6. Viuian. in praxi iuspationis, lib. 2. c. 4. n. 6. in nouiss. impress. Rot. in Mutinen. plebis, seu iuspationis 21. February 1625. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, bene Steph. Grat. discept. forens. c. 177. n. 26. vbi dicit quod ad acquirendum iuspationis ex reparatione requiritur totalis restauratio ipsius Ecclesie funditus dirute, vnde Rot. d. decis. 306. & Butlat. d. conf. 310. n. 6. ac Campan. d. c. 13. n. 339. dicunt Ecclesiam adeo dirutam indicari, vt reedificata dicatur, & iuxta predicta acquisitum iuspationis, si noua indigeat consecratione, per c. de fabrica, de consecrat. dist. 1. Vbi verò Sacra aedes penitus collapsa reedificata fuerit ab alio ex eadem materia, qua fuerat constructa, licet nullum sibi querat patronum, nihilominus prior patronus amittit ius suum ex hac gloss. & Azor. citato loco, quia pereunte re perit vfusfructus, & quodvis aliud ius super ea re existens, & obligatio semel extincta nō reuincit, l. res, §. aream, ff. de solut. Sic etiam ex argumento dotis non acquiritur iuspationis, cum necesse sit Ecclesiam totam suam dotem amisisse, & sic fuisse reductam de esse ad non esse, vt ex constitutione alterius noue dotis illud acquiritur. Gonzal. reg. 8. Cancel. gloss. 18. n. 53. Steph. Gratian. d. c. 177. num. 24. & 25. Campanil. d. cap. 13. num. 340. noue Ioan. Anton. Maslobr. in praxi habendi concursum ad parochiales prelud. 7. dub. 13.

10 In gloss. Qui maioribus ibi, sed videtur sufficere si sit idoneus, dum tamen habeat maiorem partem. Notatur ad hoc, quod dignus presentatus à maiori parte patronorum est confirmandus emissio digniore, vt per Petz. l. 2. vers. hoc tamen, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 151. Molin. de primog. lib. 2. c. 5. n. 46. Rot. decis. 202. apud Farin. p. 2. recent.

## S V M M A R I V M.

- 1 Patroni laici, qui clericos instituunt, & desistunt in Ecclesiis etiam patronatis, vel bona ipsarum aliter administrant, excommunicantur, & clerici, qui institutionem laicorum recipiunt, communionem priuari debent.
- 2 Instituti in laici acquiri potest laico privilegio Papae, seu consuetudine, aut prescriptione temporis immemorialis si fuerit per Papam approbata.
- 3 Institui habens si fiat patronus, vel ex iure deuolutus debeat beneficium conferre, nunquid hac unico actu expediri possint remissine.
- 4 Verbum, priuetur, an importet latam sententiam, vel ferendam remissine.

## C A P. Præterea, j. IV.

PATRONI laici, qui sine auctoritate Episcopi instituunt clericos, vel remouent, vel bona Ecclesiastica pro sua voluntate distribuunt, sunt excommunicandi. Item clericus, qui recipit Ecclesiam per laicos sine auctoritate Episcopi est priuandus communionem, & à ministerio Ecclesiastico, & ab ordine deponi debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabai. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Henric. Anchar. Patronum. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 368. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 507. remissine Cafal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. c. 14. §. præterea, refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 3. c. 5.

Quia in tantum quorundam laicorum, &c. Adverte ius instituendi acquiri posse laico privilegio Papae, seu consuetudine, aut prescriptione temporis immemorabilis, si fuerit per Papam approbata. Lambertin. in tract. huius tit. lib. 2. p. 3. q. 1. art. 11. & 12. Iulian. Viuian. in praxi iuspationis p. 2. lib. 1. c. 3. n. 7. & 8. Verum autem habens instituere si fiat patronus, vel ex iure deuolutus habeat beneficium conferre, nunquid hac unico actu expedire possit? vide per me dicta de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 72. n. 196.

In gloss. Communionem priuetur ibi, & ita non est ipse iure suspensus, &c. Vide tamen que circa verbum illud priuetur tradunt Tirac. in l. si unquam, verbo reuocatur, n. 176. Melch. Phœbos Lustr. decis. 88. n. 12. Cardos. in praxi iudicium, verbo verbum, n. 23. Sayr. in clari Regia, lib. 3. c. 8. n. 2. & alij citati ad c. clericis 5. ne clerici, vel monachi.

## S V M M A R I V M.

- 1 Patronus laicus si successine presentat duos, & secundus instituitur ab Episcopo, valet institutio. Patronus non potest clerico, vel alteri Ecclesie conferre Ecclesiam patronatam, vel alteri donare.
- 2 Patronus laicus potest variare, & qualiter huiusmodi variatio fieri possit, ostenditur.
- 3 Ius in re per presentationem non acquiritur, sed ad rem.
- 4 Ius ad rem vt acquiritur presentatio debet fieri coram habente instituere.
- 5 Presentati quando sunt plures per hanc presentationem nullus acquirit ius ad rem.
- 6 Iuspationis donari non potest ab eo ad quem illud non spectat.
- 7 Nemo dat, quod non habet.

CAP.



# De Iure patronatus, Tit. XXXVIII. 343

CAP. Quod autem. V.

Adrian. III.

**P**atronus si præsens idoneum pro Ecclesia, & Episcopus illud non admittit, si deinde præsens alium idoneum, & Episcopus admittit, primus præsens, minime tamen admittitur, non potest agere, nec est præsens, quia ante approbationem Episcopi, non est rata præsens, & melior est conditio possidentis. Item laicus patronus sine consensu Episcopi non potest Ecclesiam donare alicui Clerico, vel collegio, & si daret, donatio non teneret. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Panorm. Bero. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 507. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 369. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 7. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 1. c. 1. §. quia autem.

**E**t postmodum alium idoneum præsens, &c. ] Ergo patronus laicus potest variare, ut per citatos in meo tract. de officio, & potestate Episcopi. p. 3. alleg. 7. n. 1. §. 1. Quæ quidem variatio fieri potest duobus modis, primo unico contextu plures præsens ut si instituat quem Episcopus elegerit, Clem. si plures, ubi gloss. & Doctores, hoc tit. Secundo modo potest fieri plures ordine successivo præsens, & sic diversis temporibus, ut in hoc text. ita Lambertin. in tract. huius tit. lib. 2. p. 2. q. 7. art. 2. 1. & sic variando patronus non recedit, sed accumulat, ac in dubio præsens cumulatim præsens, si secundò præsens, nam si præsens absque causa permessa præsens, non auditur, Roch. de Curte in tract. huius tit. verbo honorificatum, q. 13. Lambertin. ubi supra art. 2. 2. Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 2. a n. 158. Unde notari solet hic text. ad hoc quod postquam res non est integra, & sic post acceptationem, & quando iam est ius quæsitum nominato, non est licita variatio, ut per Girond. de privilegiis, & exempt. explic. n. 712. & seq.

**Q**uoniam antequam præsens, &c. ] Notatur ad hoc, quod per præsens non acquiritur ius in re, sed ad rem, ut per Roch. in rubr. huius tit. in princ. n. 8. & in verbo ius, q. 4. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 23. n. 12. & lib. 7. q. 1. n. 7. cum seqq. Prax. Episcopi. verbo ius ad rem, §. 2. p. 1. Seraphin. decis. 1238. n. 4. Rot. decis. 546. num. 2. apud Farin. in collect. 1. nouissimarum, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 1. §. 2. n. 1. Julian. Viuian. in praxi iurispatron. p. 2. lib. 8. c. 8. in princ. quod quidem ius ad rem, ut acquiritur præsens debet fieri coram habente instituire, gloss. verbo præsens, in Clem. dudum, de sepulch. & post Mil. Lap. Roch. Lambert. & alios Rota in una Osorien. capella, 17. Nouemb. 1600. coram D. Iusto, ubi etiam dictum fuit non requiri admissionem superioris, Aloys. Ricc. p. 5. collect. 1661. Quando autem plures sunt præsens, per dictam præsens nullus acquirit ius ad rem, Mohedan. decis. 1. n. 2. de prabend. quem refert Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 104. n. 16. Aloys. Ricc. d. collect. 1661. vers. intellige secundo, & in vers. seq. dicit quod quando qui est præsens a quibusdam patronis, alius ab aliis in aequali, & pari numero, ut unus istorum dicatur habere ius ad rem, requiritur maior pars votorum.

**Q**uia non pro dato habetur, &c. ] Notatur ad hoc, quod iurispatronatus donari non potest ab eo, ad quem illud non spectat, Rota apud Farin. decis. 1021. n. 2.

p. 1. recent. nemo enim dat, quod non habet, ut per Surd. conf. 194. n. 17. & conf. 247. n. 10. & conf. 265. n. 6. Cæsar. Angel. de contradicte legitimo, q. 8. n. 28. Anton. Monach. Bonon. decis. 19. n. 4. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quest. 10. num. 10. Cardin. Tufch. rom. 2. littera D. conclus. 10. Ceual. commun. contra commun. quest. 390.

## S V M M A R I V M.

- 1 Patronus de se vendens iurispatronatus in penam excommunicationis incurrit, & illo cum emptore priuari debet, & n. 2.
- 3 Spiritualium in restitutione si constet quem iniuste possidere, poterit iudex ex officio eum spoliare.
- 4 Index in notoriis potest inauditam partem spoliare.

CAP. Quia. Clerici. VI.

**I**urispatronatus emens, vel alio modo acquirens ut præsens suos filios, vel nepotes, illo iure spoliari debet. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 370. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 508. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 8. & est post Concil. Lateran. p. 16. c. 4.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Spin. in speculo testam. gloss. 4. princ. n. 109. Viu. in praxi iurispatron. p. 1. lib. 1. c. 5. n. 5. Rot. apud Farin. decis. 303. n. 4. & 5. p. 2. recent. faciunt quæ Soar. de Relig. tom. 1. tr. 3. lib. 4. de simonia, c. 28. n. 5. & alia ad cap. de iure 16. hoc tit. Hodie ex nouo iure Concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. 9. vers. hoc editum, excommunicari debent si personæ singulares venderint; si verò vniuersitates sint, interdicto subiaci, ac proinde dicto iurispatronatus ipso iure priuari, ut refertur Vgolin. de offic. Episcopi, c. 15. §. 1. n. 3. & ego ipse in simili tract. part. 1. alleg. 71. n. 35. Campan. in diuers. iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 510. Quæ quidem procedunt ubicunque vnus esset patronus, & is ob dictam venditionem spoliatus fuisset iurispatronatus, nam si plures fuissent patroni, non remanet beneficium liberum, sed locum spoliati assumeret Episcopus, qui illius partes fungens, præsens coram se ipso, ut tenet Lambertin. in tract. huius tit. lib. 3. q. 8. art. ult. Verum Cantera in suis quest. crimin. c. 1. n. 50. Socin. iun. conf. 51. n. 6. vol. 2. Peregrin. de iure sisci, lib. 5. tit. 1. n. 72. Bajard. ad Clar. lib. 5. q. 78. n. 26. Sanch. in precepta Decalogi, lib. 2. c. 19. n. 17. simpliciter loquentes aiunt præsens ius eo casu comparationis ipsis competere, si patronatus sit ad hæredes transmissus; secus verò si virtute institutionis ad aliquem deuolueretur, siquidem tunc vincente tantum condemnato si vacaret, Ordinarius conferret, vel nominatus ab institute, vel ipsius hæredes.

**C**omparant, &c. ] Notatur ad hoc, quod iurispatronatus per Clericos comparari, seu aliter acquiriti non potest, ut comparantium, seu acquirentium filij, vel nepotes in Ecclesiis patronatus præsens, ut per gloss. verbo comparant, Innoc. in princ. Butr. & Abb. n. 3. Anchar. num. 1. & alij in presenti. Lambertin. in tract. huius tit. lib. 1. part. 1. q. 5. art. 1. & 2. Hippol. sing. 195. Syluest. verbo iurispatron. num. 6. Roland. conf. 47. n. 61. lib. 1. Cum enim in comparatione iurispatronatus ad effectum ut acquirentes filios, vel nepotes



res suos in Ecclesiis patronatus possit presentare, vitium ambitionis notabiliter appareat, & prædictum vitium, maxime in personis Ecclesiasticis reprobetur, iuxta reg. text. in *Clem. 1. in princ. de renuntiat. propter* ea text. hic tali ratione fundatus in præsentis decisione quancunque prædicti iuris acquisitionem etiam aliàs licitam ad prædictum effectum factam reprobavit, quod quidem aperte colligitur ex verbis huius text. ibi, *ut postmodum eorum filij*, & c. quæ verba aperte denotant illam acquisitionem iurispatronatus in hoc text. reprobam esse, quæ principaliter facta est ad prædictum effectum, aliàs enim non erat cur à Romano Pontif. referrentur, ac subinde siue licita, siue illicita aliàs propter vitium ambitionis reprobata est per text. in *præsentis*.

3 Appellatione postposita spoliando. Notatur ad hoc, quod in restitutione spiritualium, si constet quem iniuste possidere, poterit index ex officio eum spoliare, ut per D. Barbof. quia ita text. intelligit in l. *si de vi, n. 138. cum seq. ff. de indic.*

4 Notatur etiam ad hoc, quod index in notoriis partem inauditam potest spoliare, ut per Hippol. *singul. 195. Rebuff. in l. quod iussit, not. 1. n. 62. ff. de re indic. D. Barbof. in d. l. si de vi, n. 126. & 140.*

Spoliando. Collige ex text. Clericos ementes, vel etiam iusto aliàs titulo acquirentes iurispatronatus cum intentione, & ad effectum ut illorum filij, seu nepotes in Ecclesiis presententur ab eodem, iurispatronatus esse spoliandos, ut per Abb. *hic n. 3. Paul. de Citadin. in tract. de inrepar. p. 1. q. 4. ante fin. Lambertin. simili tract. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 2. vbi n. 3. post gloss. hic verbo spoliando, & Abb. n. 4. intelligit verbum, spoliando, in hac decisione stare in sua proprietate, eo quod acquirentes iurispatronatus actum à iure interdictum fecisse reputantur, & ita nulliter, unde sicut de pacto processerunt, ita conveniens est ut etiam de facto per Episcopum spoliari possint, quasi velint non esse opus iudicium intentare, propterea etiam in actibus notorie iniustis index extrajudicialiter procedere potest. Vtrum prædictus intellectus nequaquam sustineri potest, conuincitur enim manifestè quia supponit omnes taliter acquirentes iurispatronatus in hoc text. nulliter, & de facto aliàs processisse, quod planè falsum est. Quare videtur dicendum verbum hoc, *spoliando*, importare privationem mediante actu iudiciali, ita ut lata sententia aliquando declaratoria propterea in emptore, aliquando condemnatoria, propterea in aliter acquirente per titulum aliàs iustum, iurispatronatus cum effectu amittatur, aduertit eleganter Lambert. *d. q. 5. art. 2. 1. arg. text. in cap. quod à te 3. de Clericis coniug.**

In gloss. *Filij*, ibi, *filios autem satis credo quod possit presentare*. De hoc dixi ad cap. *confutuit* 1. 5. in *fin. hoc tit.*

In gloss. *Spoliando*, ult. ibi, *sed cui applicabitur è potest dici quod Ecclesie, & c.* Notatur ad hoc, quod facta venditione iurispatronatus Ecclesia patronata libera remanet, ut per Roch. *verbo ipse, vel is, q. 25. n. 5. Lambertin. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 1. n. 3.* Nec refragatur quia donatio iurispatronatus similiter ipso iure nulla est, si sine Episcopi consensu laico per patronum facta sit, iuxta text. in cap. *illud, hoc tit. sicut & venditio*, ut tenet gloss. *ultim. in cap. de iure, in *fin. hoc tit.* vbi addidi, & tamen constat Ecclesiam statim liberam non remanere, sed potius patronum adhuc posse cum eiusdem Episcopi requisito consensu iterum iurispatronatus donare; satisfit enim si dicas in prædicta donatione simoniam non dari, quemadmodum reperitur in venditione iurispatronatus, qua stante propter iniuriam factam Ecclesie patronatæ iurispatronatus amittitur, quo amisso Ecclesia consequitur libertatem.*

## SUMMARIUM.

- 1 Iurispatronatus consistens in aliqua vniuersitate bonorum etiam temporalium transit bonis venditis, permutatis, vel aliter alienatis in acquirentem absque Episcopi approbatione, & n. 2.
- 3 Iurispatronatus consistens in aliqua villa, vel castro dato in dotem cum ea villa, seu castro transit in maritum.
- 4 Iurispatronatus an transeat in conductorem castri, vel villa vbi illud est, ostenditur.
- 5 Hereditate vendita, in qua consistit iurispatronatus, in emptorem illud transit.
- 6 Curator hereditatis incertis potest presentare ad beneficium iurispatronatus dictæ hereditatis.
- 7 Iurispatronatus in usufructuario vniuersitatis bonorum transit.
- 8 Sequestrata villa vel castro, in quibus consistat iurispatronatus, si durante sequestro vacauerit beneficium, sequester ad illud presentari potest.
- 9 Publicato castro, seu villa ob delictum patroni delinquentis, cui consistebat iurispatronatus annexum, illud accessorie publicatur.
- 10 Iurispatronatus personale, & de per se principale, & distinctum non includitur in confiscatione bonorum.
- 11 Presentatio iurispatronatus si lite mota sit facta, differri debet iustitio.
- 12 Femina potest habere iurispatronatus.
- 13 Presentatus est ab eo, qui erat in quasi possessione presentandi, cum bona fide amoueris non debet, etiam si deinde constet patronum illum non esse verum patronum.

## CAP. Ex literis. VII.

Iurispatronatus transit cum vniuersitate nisi specialiter excipiat, etiam si vniuersitas detur conductori solum ad formam, id est, quoad vile dominium, unde si conductor presentat ante motam litem super iurispatronatus presentatio tenet, post motam litem nihil innovandum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. 2. abar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Bero. Cened. collect. 5. *Vin in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 370. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 508. remissive Casal. in ann. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 9. & est post Concil. Later. p. 5. c. 4.*

Hanc eand. concl. ex hoc text. desumunt Lambertin. *de inrepar. lib. 1. p. 2. art. 1. in fine, & art. 2. in fin. q. 5. princ. Conar. var. lib. 2. c. 18. n. 8. Canalcian. decis. 31. n. 16. p. 5. Gregor. 1. 86. verbo tal villa, tit. 18. p. 1. Menoch. conf. 90. n. 118. & 125. Cened. ad Decret. collect. 5. Mantie. decis. 140. n. 2. Molin. de instit. tract. 2. disp. 62. n. 6. Card. Tusch. lit. I. concl. 6. 12. in fin. Iulian. Viuian. de praxi iurispatron. p. 1. lib. 4. c. 1. n. 2. Nicol. Garc. de benefic. part. 3. cap. 9. num. 11. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 20. q. 8. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 40. num. 5. resol. 60. num. 13. & resol. 103. num. 22. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1679. Campanil. in diuersorio iuris Canon. rubr. 1. cap. 13. num. 343. Lambertin. in tract. huius tit. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 1. cum seq. & art. 5. & 6. q. 8. art. 1. Menoch. de arbit. q. 4. a. n. 49. D. Barbof. in l. diuortio 8. si vir, n. 56. ff. solut. matrim. Intellige siue res principalis, cui annexum est iurispatronatus, sit vniuersitas bonorum, siue sit res particularis, dummodo tamen ita inseparabiliter*



liter adhaereat, ut rem illam quasi suum principale sequi dicatur, qui quidem intellectus aperte colligitur ex hoc text. ubi villa in qua Ecclesia sita est, quibus verbis apparet iuspatronatus, de quo hic, annexum, & accessorium fuisse fundo, in quo Ecclesia fuerat edificata: nam cum in hoc text. partium intentio sit villam transferre in totum per illam concessionem factam ad firmam, veluti translatio principali, dicit Pontifex iuspatronatus veluti accessorium transferri, quod necessarium sequi debebat naturam sui principalis, cui inseparabiliter adhaerebat, ex reg. accessorium, lib. 6. Vnde conuincitur sententia communis Doctorum facientium distinctionem inter vniuersitatem bonorum, in qua iuspatronatus existit, & inter rem aliquam particularem, cui adhaeret, ita ut in priori casu translata praedicta bonorum vniuersitate transeat iuspatronatus, minimè verò in posteriori, prout in specie tenent D. D. communiter in praesenti, & Roch. verbo ipse, vel is, q. 2. §. a. n. 41. plures, quos refert, & sequitur Lambertin. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 11. n. 5. & art. 17. Conar. dicens communem sententiam lib. 1. var. c. 13. n. 3. Intelligit etiam ubi bona & iuspatronatus habent quidem connexionem inter se, non tamen iuspatronatus cohaeret bonis, sed potius bona cohaerent ipsi iuspatronatus, ut dum quis instituit iuspatronatus hoc pacto, ut ipse possideat bona, cum hoc tamen onere ut consulat necessitati, & egestati Ecclesiae cum opus fuerit, quia tunc bona iuspatronatus vendi, & in alium transferri possunt, dum possidens illa bona potest aliquos fructus in sui utilitatem conuerrere, seu dum supersunt aliqui fructus praeter illos, qui in utilitatem Ecclesiae conuertiendi sunt, ita Soar. d. lib. 4. cap. 28. num. 22. Filliuc. tract. 4. §. c. 6. q. 6. num. 15.

Illud tamen obseruari oportet, bona iuspatronatus carius vendi non posse ob iuspatronatus illis annexum, quia ipsum ius est spirituale, ac proinde non est pretio aestimabile, sed ipsa bona sunt pretio aestimabilia, quae exinde vendi possunt quantum ex se aestimentur, non habita ratione iuspatronatus, alioquin ipsum ius vendi censeretur, ita Vgolin. de simon. tab. 1. cap. 49. §. 2. num. 15. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 28. num. 13. Bonacin. de simon. q. 4. §. 11. num. 5.

Vnde ex desumpta conclusione huius text. iam primò inferitur iuspatronatus consistens in aliqua villa, vel castro dato in dotem, cum ea villa, seu castro transire in maritum, ut per Palat. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 43. a princ. Baec. de decima tutorum, cap. 23. num. 19. & in tract. de non meliorandis filiabus, c. 26. num. 1. Tiraquel. post leges comb. gloss. 9. num. 7. Molin. de primog. lib. 1. c. 24. num. 3. Menoch. conf. 66. num. 27. D. Barbof. in l. diuortio, §. si vir, num. 55. cum seqq. ff. soluto matrim. Mantie. decis. 140. num. 2. & 13. Viuian. d. lib. 4. c. 7. num. 6. quos refero ego ipse de officio, & potest. Episc. part. 3. alleg. 7. n. 38. late Nicol. Garc. d. c. 9. num. 14. cum multis seqq. praecipue ad illam quaest. nempe villa in dotem data, in qua est iuspatronatus, quod cum ipsa transit, ad quem spectet ius praesentandi, maritòne, an verò vxori? & multis per eum citatis addo Cardin. Mantie. de tacitis, & ambig. comment. lib. 12. tit. 30. a. n. 20. & Campanil. d. c. 13. num. 362. Huius quidem illationis principale fundamentum est, quia negari non potest iuspatronatus annexum rei transire in illum, in quem eiusdem rei dominium, vel saltem possessio transferretur, ut fatentur scribentes in hoc text. & DD. supra citati, constat autem dominium rei dotalis sicut illius possessionem per matrimonium in maritum transire, l. doce ancillam, C. de rei vendicat. & docent Lara in l. si quis

à liberis, §. si quis ex his, a. num. 249. ff. de liberis agnosc. Gom. l. 50. Tauri, num. 33. D. Barbof. in l. dotalet, ff. soluto matrim. a. num. 1. & 4. Si ergo iuspatronatus, & illius dominium, seu possessio transit in maritum, necessarium dicendum est, quod virtute illius poterit maritus praesentare, ne aliàs dicamus manente Ecclesia patronata deficere praesentationem ad illam, ut in terminis concludit D. Barbof. in d. §. si vir, num. 57. Accedit quia dato matrimonio fructus dotis ad maritum spectant, iuxta reg. text. in d. §. si vir, a. qua regula potestas praesentandi excepta non reperitur, cum fructus iuspatronatus esse dicantur, gloss. ult. in cap. cum Bertoldus, de re iudic. Et haec est communis, & verior sententia, quidquid dicant Abb. in cap. ult. num. 8. de concess. preb. lat. in d. §. si vir, num. 7. Felin. in cap. cum olim, de maior. & obed. & in cap. causam, qua, num. 8. de praescript. Guillelm. in cap. Raynuius, verbo cetera bona, num. 37. Vnde iam apparet quam frustratoria sit dubitatio, in qua torquentur DD. vtrum concurrente viro & vxore ad praesentandum, quae praesentatio sit praefenda? de qua agit Abb. in d. num. 8. Lambertin. d. lib. 1. part. 2. quaest. 10. art. 2. & 3. Tiraquell. post leges commun. gloss. 9. num. 6. Siquidem ex praedictis soli marito ius praesentandi competere constat, vnde non solum praesentatio illius praefenda est, sed & alia per vxorem facta nequaquam admittenda.

Secundò inferitur in conductorem castri, aut villae, ubi est iuspatronatus, illud transire, quod & clare annuere videtur hic text. dum ait iuspatronatus transire in conductorem villae datae ad firmam; verum in explicando an hoc solum procedat in conductione ad longum tempus, an etiam in illa, quae ad modicum sit, mirè variant Doctores. Nam Abb. in praesenti, n. 5. sub distinctione rem componit, dicens illationem procedere, ubi locatio ad longum tempus facta cernitur, ex aduerso verò adducta per Doctores contrarium tenentes, si ad modicum, sequuntur Caballin. milleloq. 145. incip. ius praesentandi, num. 3. part. 1. Spin. in speculo testam. gloss. 4. num. 119. Cened. ad Decretal. collect. 5. num. 10. Palat. in repet. cap. per vestras, §. 43. col. 3. Roch. verbo ipse vel is, q. 26. n. 54. Lambert. lib. 1. part. 2. quaest. 8. art. 2. in princ. Molin. de primog. lib. 1. c. 24. a. num. 2. late Menoch. conf. 90. fatetur D. Barbof. in l. diuortio, §. si vir, num. 58. ff. soluto matrim. Pro quibus facit efficaciter, quia locatio ad modicum tempus nullum dominium, nullamve possessionem transferre solet, docet Iurecons. in l. non solet, ff. locati, inneta l. genere 3. ff. de acquir. possess. sicut transfert locatio ad longum tempus, ut probat text. in l. 1. §. quod autem, ff. de superficieb. constat manifestè illum text. agere de locatione ad longum tempus, id enim importat concessio ad firmam, ut tradit Bart. in l. 1. num. 8. C. de iure enphyt. eo quòd inspecta lingua Anglicana talis conventio sic appellata significat annum censum, & vti talis censetur facta ad decennium, & importat alienationem, quod quidem mihi videtur probare text. in c. 2. de loco, dum in fine, inquit ad firmam concedi posse decimas, de quibus ibi agebatur, ita ut ad alienationem non videatur extendi, sic planè innuit contractum illum ad firmam se alienationem importare: Deinde faciunt huius text. verba, ibi, vel antequam, & c. quibus vult. text. quòd si praesentatus à milite praesentatur antequam esset suborta controuersia inter militem & Abbatissam, ille praevaleat in Ecclesia, etiam si praedicta Abbatissa obtineat, quod quidem fieri non poterat casu, quo per solam locationem, de qua hic, resulteret sola detentio, qualis resulteret ex locatione ad modicum tempus, sed quia possessio in eundem militem translata fuit, iuxta text.

REBOSA  
Ius Can.

233  
GV  
18



in consultationibus, in hiis tit. & in cap. querelam, de elect. ideo necessarium text. hic supponit prædictum militem non conduxisse villam ad modicum tempus, sed ad longum, alias non esset possessor, vt text. supponit, sed solum detentator, vt probat text. in l. male agitur, C. de præscript. 30. cuius præsentatio præualere non poterat, iuxta text. in d. cap. consultationibus. Non defuere tamen qui absolute tenuerint iuspatronatus annexum villæ, vel castro in his terminis transire solummodo cum datur in emphyteusim, vel feudum, cuius opinionis Auctor est Paul. de Castro conf. 262. incip. Venerabilis vir, vol. 1. vbi num. 2. asserit text. in præfenti, procedere, vbi translatum est vile dominium, scilicet cum datur in emphyteusim, vel in feudum, explicans ibid. verbum, ad firmam, de emphyteusi, & hæc Pauli de Castro opinio indicatur communis, teste Roch. in tract. huius tit. verbo ipse, vel is a quo, in 2. quest. prop. n. 58. & Lambertin. in simili tract. art. 2. §. 8. princ. part. 1. lib. 1. Ioseph. Ludou. rom. 3. commun. opinio. sub hoc tit. concl. vnic. vers. acquiritur etiam, pag. 524. vol. 2. Ego tamen nec vni, nec alteri assentior opinioni, sed in eam fortasse sententiam de hæcti posse sentio, vt contractus iste ad firmam de quacunque locatione, & afflicta concessio, quamvis breui intelligatur, cum dispositio huius text. militet etiam vbi castum, sed villa locata fuit ad modicum tempus, atque ideo illius conductor tanquam patronus beneficii existentis in eodem castro, valeat præsentare si illius vacatio contingat in tempore conductionis, per ea, quæ in hoc propositum tradit Campanil. d. cap. 13. num. 358. & ante illum videtur sentire gloss. hic verbo, ad firmam, ibi dicunt quidam, & c. sequitur Hostiens. col. ult. & apertius Zabarel. quest. 1. in fine. Pro quibus virget, quia per locationem ad modicum tempus transire commoditas ipsius rei locata in ipsum conductorem, ita vt illi liceat vti fuit re conducta probat text. in l. ex conducto 16. in princ. locati, tradit Bart. in l. 1. §. 1. ff. illo tit. & in l. 1. n. 3. C. de iure emphyt. vnde dicendum videtur transire ius præsentandi, seu præsentationem, quæ est commoditas, vel quidam fructus iuspatronatus iuxta doctrinam gloss. receptæ, verbo Capitulo, ad finem, in c. cum olim, de maior. & obedient. gloss. ult. in cap. cum Bertoldus, de re iudic. Facit etiam quod quemadmodum iuspatronatus est spiritualibus annexum, ita etiam ius decimandi, & spiritualibus coniungitur, vsque adeo vt laici respectu illius dicantur habere incapacitatem, probat text. vbi omnes in cap. causam, quæ de præscript. & constat per locationem beneficii etiam ad modicum tempus factam ius decimandi transire, & posse conductorem decimas percipere, vt probat text. vbi Abb. n. 3. in d. c. 2. de locato, & in cap. ult. ne Prælati vices suas, Tiraq. de retractu tit. 1. §. 1. gloss. 7. n. 51. Duen. reg. 249. Rebuff. de decimis, q. 10. n. 34. vnde similiter non inconuenit quod conductor, etiam si laicus sit, mediante locatione rei temporalis principalis iuspatronatus eidem rei annexum retineat, & illius fructus, hoc est, præsentationes percipiat, ex quibus hæc sententia defendi potest, prima tamen receptor est, & forsan melioribus nititur fundamentis.

Tertio infertur hereditate vendita, in qua consistit iuspatronatus, in emptorem illud transire, vt per Con. lib. 2. var. c. 18. num. 8. Roch. in tract. huius tit. verbo ipse, vel is, quest. 22. num. 40. Lambert. in simili tract. p. 2. lib. 1. q. 5. art. 15. Molin. de primog. lib. 1. c. 24. num. 25. Gregor. & Humad. l. 8. tit. 1. §. part. 1. Bernard. reg. 401. Ioan. Garc. reg. 341. Emman. Costa in cap. si parer, de testam. lib. 6. p. 2. verbo Trebellianice, n. 7. Mozz. de contract. lib. 1. tit. de empt. & vendit. §. de natural. empt. vendit. n. 41. vers. sed quare, Ioseph. Ludou. comm. tit. de iure par.

concl. vnic. vers. declaratur secundum, cum seqq. Aloys. Ricc. d. collectan. 1679. vers. infero. Salazar. de usu, & consuet. c. 12. n. 7. Mar. Anton. Gennefin. in praxi Archiep. Neapol. c. 61. num. 26. Sic etiam fundo vendito, in quo existit iuspatronatus in capella intus illum ædificata, translatum, & venditum quoque censetur ipsum iuspatronatus, vt per Bero. hic in ult. conclus. & in cap. 1. n. 39. supr. hoc tit. Roman. Bart. Lambert. & Ioseph. Ludou. quos refert, & sequitur Campan. d. cap. 13. num. 355. Idem in palatio vendito, maxime si aditus ad capellam non pateat aliunde quam per illud, vt per Zabarel. hic, & in c. cum secundum, vers. idem dico in palatio vendito, hoc tit. Boët. decis. 322. in fine, Bertazol. in tract. de clausul. instr. claus. 16. gloss. 13. sub num. 3. Lambertin. in tract. huius tit. lib. 1. part. 2. q. 5. princ. art. 18. Campanil. d. cap. 13. num. 356. quicquid contrarium teneant Innocent. Ioan. Andr. & Hostiens. in præfenti, & Ioseph. Ludou. concl. 42. vers. declaratur septimo.

Quarto infertur curatorem hereditatis iacentis posse præsentare ad beneficium iuspatronatus dictæ hereditatis, vt per Aloys. Ricc. in decisionibus Curæ Archiep. Neapol. p. 1. decis. 11. Campanil. d. c. 13. n. 360. in med. Sic etiam tutor potest valide præsentare, Feder. de Senis conf. 212. in 1. dub. Lambertin. de iure patron. lib. 2. part. 2. q. 2. art. 10. & fuit dictum in causa Forluien. iuspatron. 25. Octobris 1599. & 15. Maii 1600. coram bonæ mem. Cardin. Lancellotto, & fuisse quoddam communiter reputaretur tutor, etiam si esset minus legitimus, Socin. conf. 153. num. 3. lib. 2. Caputaq. decis. 322. in fin. part. 3. & fuit resolutum in dicta decisionibus, coram Cardin. Lancellotto, & in Seguen. capellanie 13. Ianuarij 1623. coram bonæ mem. Vbaldo.

Quinto infertur iuspatronatus in fructuarium vniuersitatis bonorum transire, vt per Roch. d. verbo, ipse vel is, a quo, in q. 28. a num. 62. Molin. de primogen. dist. cap. 34. num. 3. Spin. d. gloss. 4. num. 13. Menoch. conf. 66. num. 26. Cened. d. collect. 5. num. 4. Aloys. Ricc. d. part. 1. decis. 25. Campanil. d. c. 23. num. 362. Non transit in fideicommissarium, se remanet penes heredem, Bart. in l. quia perinde, §. 4. & ibi Nicol. de Neapol. & Alex. ff. ad Trebell. Covar. var. lib. 3. cap. 10. sub num. 8. vers. quibus & alia, Roch. de iure par. in verbo ipse, num. 20. & seqq. Emman. à Costa in cap. si parer, verbo Trebellianice, num. 4. de testam. lib. 6. communem fatetur Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. num. 4. in fine, licet ipse teneat contrariam sententiam, & fuit dictum in Vicer. beneficij 11. Decembris 1619. coram Reuerend. P. D. Vbaldo sen.

Sexto infertur villa, castro, vel bonis sequestratis, in quibus consistit iuspatronatus, si durante sequestro vacauerit beneficium, cuius electio, vel præsentatio ad sequestratam villam, vel castum pertinet, sequestrum ad illud beneficium vacans eligere, vel præsentare posse, vt per multos, quos supra retuli ad cap. 1. num. 5. de sequest. possess. pag. 453. quibus adde Azot. in str. moral. p. 2. lib. 6. c. 25. q. 17. Valer. Reginald. in praxi fori pænit. lib. 30. tract. 3. num. 245. Campanil. d. cap. 13. num. 360. quorum plures retuli d. tract. de officio, & potest. Episcop. part. 3. alleg. 71. num. 30. ea ratione, quia possessionem regulariter habet sequestrum cum declaratione, quam adduxi ad cap. excommunicatus, num. 10. sup. de iudic. & ad cap. cum Bertoldus, de sent. & re iudic. maxime quando causa, & finis sequestrationis suadet dari partium intentionem, vt illa transeat, probat text. sic intelligendus in l. licet 17. vers. rui deposita, ff. de deposit. & in l. interesse 30. ff. de acquir. possess. & in l. sequestrer 103. ff. de verbor. signif. tradit gloss. verbo beneficium in Clem. 1. de sequest. possess. necesse



neccessario dicendum est iurpatronatus annexum transire ex supradicta ratione. Secus dicendum in depositario, in quem nec dominium, nec possessio transferatur, probat text. in d. l. licet, tradit gloss. 2. in fin. in cap. bona fides, de deposito, Gom. l. 48. Tauri, n. 8. & rom. 2. var. c. 7. mm. 2. Colla in l. si ex cautione, fallent. 1.

7. Septimo infertur publicato castro, seu villa ob delictum patroni delinquentis, cui consisterat iurpatronatus annexum, indirecte, & accessorie ipsum iurpatronatus publicari, de quo vide Doctores per me relatos d. alleg. 71. n. 45. Iurpatronatus vero personale, & de per se principale, & distinctum non includi in confiscatione bonorum, nec de per se iudicem laicum ex defectu iurisdictionis posse illud confiscare, sed remanere penes delinquentem donec per iudicem Ecclesiasticum prinetur tanquam indignus resoluunt plures Doctores, quos citant ad cap. vrgentis 10. n. 2. in fr. de heretic. pag. 108. quo casu Ecclesiam libertatem acquirere tenet Rota apud Farinac. decis. 53. n. 5. p. 2. recent.

Postmodum Abbatis, &c.] Collige ex text. in iurpatronatus pertinente ad Conuentum posse Abbatem, vel Abbatissam solum absque consensu Conuentus praesentationem facere, ita in effectu gloss. verbo praesentant, Abb. n. 4. Zabarel. & alij in praesenti. Pro quibus facit, quia attento iure omnia illa fieri possunt per solum Abbatem, vel Abbatissam, quae spectant ad cultum diuinum, seu ad utilitatem Monasterij, ita ut respectu illorum penes illum, seu illam tota Monasterij potestas residere dicatur, probat text. in cap. nullum, vers. ut de cetero, 18. q. 2. facit text. in cap. licet de Regular. & in cap. statum 19. q. 3. constat autem iurpatronatus ad cultum diuinum pertinere, illo enim existente per praesentationem datur minister in Ecclesia Dei, qui sacramenta exhibeat, reliquaque faciat diuina mysteria, ergo, &c. Contrariam tamen sententiam tenuit aperte Abb. sibi contrarius in c. ea noscitur, mm. 4. vbi Innocent. & DD. communiter, de his, quae sunt a Prel. Roch. verbo competens, q. 1. n. 25. Lambertin. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 12. mm. 5. quae sententia verior est, & necessario tenenda, pro qua aperte facit text. in d. cap. ea noscitur, & in cap. illud 3. ad fin. ibi: Sine praesentatione fratrum, in fr. hoc tit. Non obstat text. in praesenti, quia resp. in illis verbis continere facti narrationem, quae quidem narratio dispositionem non facit. Vel melius intelligitur si aduertat text. in illis verbis supponere terminos habiles, de quibus ibidem non fuit dubitatum, imò praesumitur interuenisse requisitum consensum, eo quod ex originali constat praesentationem factam per Abbatissam, de qua hic, fuisse receptam ab Archiepiscopo Cantuarien. cuius sententia non ex illo defectu, sed ex fundamentis, de quibus ibi Alexand. III. in praesenti reprobauit, unde necessario text. intelligendus est, quod in praesentatione per Abbatissam facta consensus Monialium, prout de iure requirebatur, interuenit, iuxta text. in d. c. ea noscitur, aduertit in specie Roch. d. mm. 25. Vel saltem quod eadem Abbatissa sola potuit facere talem electionem mediante aliquo privilegio, vel consuetudine, quae illud potuissent operari, prout facit text. in d. cap. ea noscitur, ibi, nisi ex antiqua, & approbata consuetudine, &c. resoluit Felin. in tract. quando littera Apost. col. pen. Paris. mm. 4. in cap. causam, quae de praescript. Nec etiam obstat text. in d. cap. nullam, satis enim si dicas text. illum procedere secundum regulas illas antiquas originarias, secundum quas Monachi nullum suffragium, nec vocem habent in Capitulo, non tamen procedit secundum alias recentiores, iuxta quas Praelati tenentur regere

enim consensu, vel consilio sui Conuentus, vel consiliatorum, vel discretorum, aliorumve officialium, sicut diuersimode diuersis temporibus statutum est, prout eleganter explicat Nan. conf. 76. n. 4. de Regular. in antiq. aliis conf. 20. de priuileg. in nouis.

Intellige consensum Conuentus explicandum esse per maiorem partem Capituli, ut in specie docent Roch. & Lambertin. citatis locis. Nec refragatur text. in cap. licet, vers. praeterea, de elect. vbi maior pars non sufficit, satis enim si dicas in eo text. particulariter a iure cautum esse, ut maior pars non sufficiat propter negotij grauitatem, quo pacto etiam procedunt text. in cap. unic. vers. si vero, de clerico agrot. lib. 6. c. indemnitate, §. 1. de elect. illo lib. auth. de defensoribus ciuitatum, §. vlt. collat. 3. Intellige etiam praedictam maiorem partem debere esse saniores, hoc est, digniores, & excellentiores in gradu, sessione, sede, vel aliis circumstantiis, iuxta reg. text. in cap. 1. ibi, a maiori, & saniori parte, & c. de his, quae sunt a maiori parte Capit. & in cap. quia propter 42. ibi: Maior, & sanior, de elect. & ita in specie probat text. in d. c. ea noscitur, ibi: Vel maioris, & sanioris partis, aduertit Lambertin. d. art. 12. mm. 2. nec oppositum probat text. in cap. 3. sup. hoc tit. ibi, plurimorum, &c. siquidem text. non agit de iurpatronatus pertinente collegialiter ad collegium, de quo nos agimus, sed agit quando praesentatio spectat ad singulares personas, tradit Abb. in cap. Ecclesia, mm. 5. de elect. in qua specie qualitas illa sanior non est necessaria. In dubio autem maior pars semper praesumitur sanior, tradit gloss. verbo rationabiliter, in cap. 1. de his, quae sunt a maiori parte Capit. Abb. n. 6. in d. cap. Ecclesia, Felin. mm. 29. in cap. omnes, de constitut.

Vel antequam, &c.] Ergo si lite mota sit praesentatio facta iurpatronatus deferri debet institutio, ut per Menoch. conf. 90. n. 131.

In Abbatissam.] Ergo femina potest habere iurpatronatus, & ius praesentandi, ut per Roch. in tract. huius tit. verbo competens, q. 1. Lambertin. in simili tract. p. 1. lib. 1. q. 7. art. 2. a n. 30. Iul. Viuan. in praxi iurpatron. part. 1. lib. 1. c. 1. mm. 14. Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 60. a n. 1. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. c. 21. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 183. vbi etiam cum Viuan. decis. 140. tenet concubinam, siue meretricem esse incapacem creandi patronatum; Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 9. a n. 142. vbi mm. 144. resoluit contra Gantier. quod iurpatronatus relictum consanguineis, seu qui sunt de genere, parentela, seu familia, competit feminis etiam nuptis, & descendencibus ex illis, & c. mm. 145. quod femina succedit in iurpatronatus etiam in modum maioratus instituto, nisi sit exclusa, de quo etiam Avendan. ad l. 40. Tauri, gloss. 2. mm. 67. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 627. mm. 13.

De temporalibus debet respondere.] Notatur ad hoc, quod patronus potest obligare beneficium, ut saltem in genere sibi reddat rationem circa administrationem reddituum Ecclesiae patronatae, tradunt Innoc. mm. 1. vbi Abb. & alij in c. cum & plantare, de priuileg. idem Abb. in praesenti, n. 3. Lambertin. lib. 1. q. 2. art. 5. Roch. verbo honorificum, q. 66. vbi videtur sentire hanc exactionem competere non ratione oneris, sed honoris, bene intelligentes hoc procedere in patrono Ecclesiastico, non vero in seculari. Sic sane patronus potest impedire ne redditus Ecclesiae in alios vsus conuertantur quam in illos ad quos fuerunt deputati tempore foundationis, aduertit Lambertin. vbi supra mm. 3.

In gloss. Vel antequam. Notatur ad hoc, quod praesentatus ab eo, qui erat in quasi possessione praesentandi

REBOSA  
Ius Can

233  
Cv  
18



tandi etiam bona fide, amoveri non debet, etiam si deinde constet patronum illum non esse verum patronum, ut per Menoch. *conf. 90. n. 125.*

## SVM MARIVM.

1. Laicus si Clerico, vel religioso loco concedit Ecclesiam sine consensu Episcopi, non obstante tali concessione, qua non valet ad ipsam Ecclesiam cum vacaverit, poterit presentare, & eam alteri Ecclesie de consensu Episcopi concedere.
2. Insuperatus a laico in laicum sine consensu Episcopi transferri, vel donari non potest.
3. Ordinarius consensum in donatione iurispatronatus presumitur intervenisse stante effectuatione donationis, vel transactis quadraginta annis.
4. Iurispatronatus translatio ab uno patrono alteri compatro non potest fieri sine Episcopi consensu.
5. Insuperatus quando ex antiqua institutione delatum est filius, & nepotibus etiam non heredibus, non potest per patrem assignari vni ex filiis in alterius prauidium etiam cum consensu Episcopi.
6. Insuperatus per laicum patronum religiosi loci sine consensu Episcopi donari potest.
7. Vicarius generalis non potest sine speciali facultate auctoritatem prestare donationi iurispatronatus.
8. Insuperatus permitti, aut cedi non potest sine consensu Episcopi.
9. Episcopus si intra tempus presentandi conscius iuris adhuc non deuoluti beneficium contulerit patronis adhuc non presentantibus, an firma sit collatio, ostenditur.

## CAP. Illud. VIII.

**L**AICUS non potest concedere Ecclesiam non vacantem inconsulto Episcopo alicui loco Religioso, unde si post talem concessionem Ecclesia vacet, & laicus nominet Clericum, quem Episcopus instituit, secunda electio & institutio est valida, & firma, nam prima fuit nulla, tum quia fuit de Ecclesia non vacante, tum quia laicos sine consensu Episcopi non potest Ecclesiam alicui dare. Colligunt ex Ord. in Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Henric. Anehar. Panorm. Berol. Vin. in *rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 371.* Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 508.* remissive Casal. in *amot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. cap. 10. & est post Concil. Lateran. p. 13. c. 6.

Inconsulto Episcopo, &c.] Notatur ad hoc, quod laicus patronus potest cum Episcopi auctoritate Ecclesiam religiosam domui concedere, hoc idem probat text. in c. quod autem 5. vers. de cetero, & in c. nullus 17. & in c. siue scriptum 20. hoc tit. & in cap. consultationibus, vers. si religiosus, de donation. gloss. verbo de re non vacante. Innoc. Abb. n. 3. in praesenti, idem Abb. in d. c. quod autem, & in c. pastoralis, n. 8. de donation. resoluunt Lambert. in tract. huius tit. lib. 1. p. 1. q. 1. art. 9. a princ. Corral. de Sacerdot. p. 1. c. 7. n. 3. Rebuff. in *praxi tit. de reprobata benefec. vacantis impetr. n. 50.* Intellige procedere in patrono retinente redditus, & prouentus Ecclesiae, qui & simpliciter fecit donationem Ecclesiae, facta enim per illum huiusmodi donatione, & deficiente Episcopi consensu, nec etiam in superatus in locum religiosum transferri dicendum est, interveniente vero omnia transire cen-

sentur, arg. text. in d. c. pastoralis, idque manifestè colligitur ex hoc text. in vers. licet, ibi, liberam, quod quidem verbum est intelligendum respectu proximi impediendi, iuxta doctrinam gloss. receptam in *Clem. dudum, de sepultur. & sic respectu Episcopi consensu, de quo agebatur, ac subinde cum Pontifex in d. vers. licet, fateatur posse patronum laicum sine Episcopi consensu in superatus expressè declaratum in locum religiosum transferre, necessariò fatendum est concessionem Ecclesiae, de qua in principio, facta etiam simpliciter deficiente eiusdem Episcopi consensu vique aded non valere, ut etiam virtute illius sic simpliciter factae in superatus non transeat. Ad eundem modum intelligendus est text. in d. c. quod autem, vers. de cetero, & in d. cap. nullus, pro ut advertit Abb. ibid. notab. 2. quicquid dicat gloss. 1. ibi. Quare autem requiratur huiusmodi consensus Episcopi in donatione facta per laicum patronum detinentem ipsius Ecclesiae fructus, & prouentus temporales, solet à DD. inquiri, & inter varias rationes, quas assignant, illa mihi vera videtur, quam tradit Lambert. in lib. 1. p. 2. q. 1. art. 9. n. 38. nempe quia nec donans, nec donataria Ecclesia, seu locus religiosus aliquod ius habent in Ecclesia donata, in donante probat text. in cap. mouerim 10. q. 7. & in cap. causam, que, de praescript. in donataria fatetur text. in praesenti. Unde ius illud ad Episcopum dicitur spectare, iuxta reg. text. in cap. omnes 16. q. 57. ac subinde requiritur consensus illius, qui tanquam dominus Ecclesiae donatae facit donationem valere, arg. text. in d. c. pastoralis, & ita colligitur ex text. in d. vers. de cetero, in ratione quam reddit, explicat Lambert. ubi supra.*

Laicus sine auctoritate Episc. &c.] Notatur ad hoc quod in superatus à laico in laicum sine consensu Episcopi transferri, vel donari non potest, Campan. in *diuersorio iuris Canon. rubr. 1. cap. 1. 3. à num. 165.* Card. Mant. decif. 85. n. 5. Seraphin. decif. 884. n. 1. Rota apud Farin. decif. 337. n. 4. p. 1. recent. & decif. 257. n. 1. ad p. 1. quod donatio iurispatronatus seu iuris praesentandi facta laico absque consensu Ordinarij nulla est, eadem Rot. decif. 576. p. 2. recent. Et in omnem euentum stante donationis effectuatione presumitur Ordinarij consensus interuenisse, Lambert. in p. 2. primi lib. 19. princ. artic. 8. Than. decif. 20. Franc. Marc. decif. 373. n. 1. p. 4. Dec. conf. 639. n. 1. & seq. quos refert Rot. apud Farin. decif. 707. n. 5. p. 1. recent. Et quod consensus Episcopi, vel ratihabito ex 40. annis praeteritis praesumatur Mant. d. decif. 86. num. 10. Limita suprapositam resolutionem si translatio fiat ab uno patrono, alteri patrono socio, quia tunc necessarius non est Episcopi consensus, Peregr. consil. 87. n. 6. volum. 3. Azor. in *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 20. q. 6.* Campan. d. c. 13. n. 369. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 18. Caput. decif. 284. n. 1. & decif. 131. n. 4. p. 2. Quando vero ex antiqua institutione in superatus delatum est filius, & nepotibus etiam non heredibus non potest per patrem assignari vni ex filiis in aliorum prauidium, etiam cum consensu Episcopi, ut per Molin. de *primog. lib. 1. c. 23. n. 30.* & 31. Conar. lib. 2. var. c. 18. n. 9. & 10. quos refert, & sequitur Stephan. Gracian. *discept. foref. c. 178. n. 18.* Vtrum autem in superatus Ecclesiae competens possit in alium transferri absque beneplacito Papae? negatiue censuit Rota apud Farin. decif. 146. n. 6. p. 1. recent.

Licet religioso loco, &c.] Notatur ad hoc quod in superatus per laicum patronum Religiosis locis sine consensu Episcopi donari, & concedi potest, Viuian. tom. 1. *commun. opinion. lib. 1. tit. 4. num. 9. pag. 167.* Azor. d. c. 20. quest. 5. Stephan. Gracian. d. cap. 177. num. 3. Soar. de *Relig. tom. 1. tract. de simonia, lib. 4. cap. 28. num. 13.* Roch. de *inrepatron. verbo pro eo quod* 92.



# De Iure patronatus, Tit XXXV III. 349

q. 2. n. 3. & q. 3. n. 6. Lambert. eod. tract. lib. 2. p. 2.  
q. 6. art. 4. n. 5. & q. 1. n. 3.

7 *Episcopi.* Ergo non sufficit auctoritas Vicarij generalis, nisi doceatur de speciali facultate, vt per Caldet. conf. 1. de officio Vicarij, Ferret. conf. 347. n. 7. lib. 2. Than. decif. 20. bene Steph. Gratian. discept. forens. c. 303. n. 10. cum segg. Rot. apud Farin. decif. 337. n. 5. vbi ampliat etiam si abfens fit Episcopus, vbi n. 7. an donatio iurispatronatus facta sine consensu Episcopi post mortē donantis possit ab Episcopo confirmari; eadem Rot. decif. 257. n. 1. ead. p. 1. ad hoc quod non sufficit confirmatio Vicarij nisi doceatur de speciali facultate illad hoc concessa, & decif. 576. p. 2. recent. quod Vicarius non potest acquirere ius approbandi per consuetudinem.

8 *Dare.* Sine permutare, vt per Roch. in tract. huius tit. verbo ipse, vel is, a quo, q. 16. m. 28. Azor. d. c. 20. q. 7. Vin. in praxi iurispatr. p. 1. lib. 4. c. 3. Nec etiam cōdi absque consensu Episcopi potest, Pnt. decif. 16. lib. 2. Dec. conf. 541. n. 2. Rot. apud Farin. decif. 736. num. 6. p. 1. recent.

9 *Est institutio irritanda.* Notatur ad hoc, quod si Episcopus intra tempus præsentandi consensu iuris adhuc non deuoluit, beneficium contulerit, patronis adhuc non præsentantibus, licita est collatio, quamvis possit irritari ex patronorum dissensu, illis tamen præsentantibus, seu expressim contradicentibus, cum videatur sperni ex tunc collatio à iure reputatur irrita, iuxta cap. decernimus. 26. q. 7. quia ita accipienda est Doctorum opinio assensuum collationem ab Ordinario factam, spreto patrono infra tempus datum ad præsentandum esse iplo iure nullam, vt per Greg. 45. gloss. 2. tit. 15. p. 1. Roch. verbo honorificum, n. 2. Lambert. in. 1. p. 2. libri q. 2. art. 2. Put. p. 3. decif. 312. Spin. d. gloss. 4. princ. n. 69. Flamin. de resign. benef. lib. 2. q. 4. n. 15. & 19. Kircho. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. n. 23. pag. 170. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 56. n. 78. cum segg. Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 9. n. 231. Si verò non reclamante patrono, & contradicente fuerit elapsus terminus manet omnino firma collatio, vt per Rebuff. in praxi, p. 3. signatura, verbo necnon iurispatronatus, n. 52. & de nominat. q. 17. n. 11. Spin. d. gloss. 4. n. 99. Flamin. lib. 8. q. 10. n. 10. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo iurispatronatus, §. 8. dub. 8. Cald. Pereira de potestate elig. c. 10. n. 24. Nicol. Garc. c. 9. n. 232.

## S V M M A R I V M.

- 1 Instituti in Ecclesiis patronatus per novos patronos mutari non possunt, nec vicissitudines Ecclesiarum per eos fieri.
- 2 Presentatione à patrono semel facta, non potest illa post eius mortem à sequenti successore reuocari nisi facta presentatione moriatur possessor ante factam institutionem eo tempore, quo ipse variare possit.
- 3 Vicissitudines idem important in presenti quod permutationes.
- 4 Hæreses possunt sua auctoritate absque superioris consensu alterius vicibus Rectorem præsentare.

## C A P. Querimoniam. IX.

1 *Patroni* qui succedunt, vel variantur, non possunt mutare ordinem Ecclesiarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Buttr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 366. Alagona in compend. iuris Barbo. Collect. Tom. I.

Canon. pag. 519. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 1. & est post Concil. Lateran. p. 15. c. 17.

*Absurdum videtur omnino, &c.* Notatur ad hoc, quod facta semel à patrono presentatione non potest illa post eius mortem à sequenti successore reuocari, nisi facta presentatione moriatur possessor ante factam institutionem eo tempore, quo ipse variare possit, vt per Molin. de primog. lib. 1. c. 24. n. ult. Maslobr. in praxi habendi concursum prel. 7. dub. 2. n. 145.

*Et vicissitudines Ecclesiarum, &c.* Verbum, vicissitudines, in presenti importat idem, quod permutationes, vt docet Azeued. l. 9. n. 3. tit. 6. lib. 1. nona recap. & ita non obstat hic text. resolutioni, quæ habet posse hæreses sua auctoritate absque superioris consensu alternis vicibus Rectorem præsentare, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. §. 1. n. 57. cum multis segg. Azeued. d. n. 3.

## S V M M A R I V M.

- 1 Patronus Ecclesiam Clerico conferre non potest, & si contulerit, potest hoc non obstante ad Ecclesiam præsentare Rectorem.
- 2 Presentatio debet fieri Episcopo habenti instituire.
- 3 Patronus potest per literas nominare Clericum ad beneficium sui iurispatronatus, sed cautius ager si manus notary conficiat instrumentum continens mandatum procuratorium, quo aliquis confirmatur procurator ad præsentandum coram Episcopo, aut eius Vicario.
- 4 Presentatus an debeat personaliter se exhibere Episcopo.

## C A P. Cùm Laici. X.

1 *Laici* non possunt propria auctoritate ordinare clericos in Ecclesiis iurispatronatus: unde si concedunt Ecclesiam alicui sine licentia Episcopi, deinde præsentant alium Episcopo, quem Episcopus instituit, valet eius institutio, quia prima concessio est nulla. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Buttr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 272. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 509. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 12. & est post Concil. Later. p. 55. c. 1.

*Episcopi repræsentant.* Ergo Episcopo habenti instituire debet fieri presentatio, vt per Roch. in tract. huius tit. princ. n. 7. Concil. Trid. sess. 14. de reformat. c. 13. cuius verba asserit Campan. in dinerfio iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 395. non vtiq. restringenda esse ad illum tantum casum, in quo presentatio fuit facta coram ipsomet Episcopo, id est, vt patronus, & Clericus nominatus adeant conspectum Episcopi, vel saltem, vt comparitio, seu instrumentum, & scriptura, qua explicatur intentio patroni, siue illius procuratoris exhibeatur, & producat eisdem Antistiti, alioquin sit nulla presentatio, iuxta verba Conc. Trid. loco citato, sed tantum, vt debeat fieri Episcopo, scilicet in eius Curia, aut illius Vicario, vno ex dictis modis, quos mox rescribam. Hæc Campan. d. n. 395. qui n. 396. & 397. doctè circa hanc materiam ita loquitur. Modus autem in primis est, quem ponit Lap. alleg. 75. & ibi Mandol. n. 6. alios cumulans, & communem esse opinionem adiungens, scilicet, vt patronus per literas nomet Clericum ad beneficium, neque alius deest modus præter recensitum à Lap. quant

Gg



quandoquidem si patronus adeat praesulem, eiusve Vicarium, & illi instituendum praesentet, & comparitionem, seu libellum offerat quo ista palam fiant, nempe asseratur vacare beneficium tale, de mense tali, per obitum talis illius ultimi, & immediati possessoris, & cum dictum beneficium sit de iure patronatus ex donatione, siue fundatione, aut constructione ipsius comparentis, ne Ecclesia careat suo Rectore, & beneficiato, praesentat, & nominat talem instituendum, & confirmandum à Reverendissimo talis loci Ordinario, quem propterea petit admitti, & institui in dicto beneficio, & eius iuribus, actionibus, & emolumentis, in eiusque realem, & actuale possessionem immitti, ubique valida est sine ulla difficultate. Verum quia contingere posset ut patronus longè absit, & literas scribendo Episcopo datas, aut illius Vicario illi in incognitis scribentis character, ideo securior erit modus, cautiusque ager, si manu Notarii conficiatur instrumentum, continens mandatum procuratorium, quo aliquis constituatur procurator ad praesentandum coram Episcopo, aut eius Vicario, idque laici aperte liquet ex Doctoribus mox adducendis. Sed dubium non exiguum vertitur cum patronus ignarus, & petiitores non consulens, aduocavit notarium (cuius ex culpa multoties contingit talis error) & coram illo ac testibus praesentet aliquem ad tale beneficium, cuius praesentationis conficiatur instrumentum à Notario istam continens assertionem, siue valida post lapsum tempus? & Lap. proponit huiusmodi quaestionem, qui multa pro utraque parte recenset in alleg. 5. vbi concludit praemissa distinctione, & ait quod si tale instrumentum fuerit superiori, vel apud ipsius Curiae acta formiter productum infra quadrimestrem concessum patronis laicis, sit proculdubio valida, & omnino admittenda praesentatio; quod si postquam praeterit concessum tempus, nullius momenti existimetur, quam eandem complexionem amplexatur Mandosini in annot. postrema, vbi alios complures adducit scriptores ad illam corroborandam, & ipse non semel vidi seruari, licet ab aduersariis fuerit oppositum de illius nullitate, ac demum reperi Ant. de Amatis Marchia decis. 4. sub n. 2. Et quod praesentatio possit fieri coram Vicario, censuit Rot. coram Cavalerio inter eius decisiones impressas decis. 28. num. ultim. Vtrum autem praesentatus Episcopo personaliter se exhibere debeat, vide per me dicta de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 110. cum seqq.

## SUMMARIUM.

- 1 Religiosi vendicare, vel retinere non possunt Ecclesias sibi concessas à laicis sine diocesis consensu, nisi legitime praescripserint, vel postea diocesanus consenserit.
- 2 Donatio iurispatronatus nisi sit facta consentiente Episcopo, non est valida.
- 3 Actus cum non potest fieri sine consensu talis personae, nunc requiritur ille consensus per modum solemnitatis.
- 4 Iurispatronatus potest aduersus primum, & verum patronum Ecclesiae non liberè praescribi.
- 5 Iurispatronatus inter patronos laicos praescribitur spatium quadraginta annorum.
- 6 Consensus Episcopi in translatione, ac donatione iurispatronatus potest intervenire ex postfacto.
- 7 Consensus ubi requiritur in aliquo actu, sufficit quod quandoque praestetur.
- 8 Titulus illegitimus, qui ex errore iuris legitimus putabatur, constituit praescribentem in mala fide.

Religiosus nullus potest acquirere, vel retinere Ecclesias concessas laicis sine consensu diocesis, nisi propter legitimam praescriptionem, vel subsequentem consensum Episcopi, quia laici non possunt transferre nisi ius quod habent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Butr. Host. Henric. Anchar. Bero. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 373. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 509. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Angult. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 13. & est post Concil. Lateran. p. 15. cap. 9.

Quatenus ex donatione laicorum, &c. ] Notatur ad hoc, quod donatio iurispatronatus nisi sit facta consentiente Episcopo, non est valida, ut per Tirac. in l. si unquam, verbo donatione largitus, n. 353. nam cum actus non potest geri sine consensu talis personae, tunc requiritur consensus per modum solemnitatis, ut per Rebuff. in compendiali enat. n. 15.

Aliquis sibi Ecclesias, &c. ] Valde contronferum est quomodo text. iste intelligatur in hoc verbo, Ecclesias, quidam enim existimant text. agere de iurispatronatus, & sic verbum, Ecclesias, interpretandum, refert gloss. hic verbo legitima, sequitur Bero. in praesenti, n. 8. Cou. in reg. possessor. p. 2. §. 10. n. 8. Sed ex mente Abbas hic n. 1. mihi videtur melius text. esse intelligendum de Ecclesiis in proprietatem concessis, pro quo intellegendum facit, quia text. hic agit de donatione Ecclesiarum, patet ibi: ex donatione laicorum, immixtis verbis seqq. ibi, Ecclesia vendicare, &c. & contra quod donatio Ecclesiarum facta loco Religioso intelligitur de Ecclesiis in proprietatem concessis, probat aperte text. in cap. consultationibus, 4. de donat. Deinde facit quia Ecclesiae, de quibus hic, monasteriis, & aliis Ecclesiis collegiatis concedebantur, ut patet ex inscriptione text. sicut & in Clericis de quibus ibi, & licet Clericis praedictae Ecclesiae concedi possent initulum, monasteriis tamen, & Ecclesiis collegiatis non aliter quam in proprietatem, iuxta supra resoluta; unde cum text. in praesenti, non se fundat in monasterium, seu Conuentuum incapacitatem, sed potius in defectu potestatis, qui in donatore inueniebatur, aperte demonstrat quod Ecclesiae, de quibus hic, non initulum, sed in proprietatem donariis concedebantur, alias enim si in initulum concederentur propter illorum incapacitatem tales donationes reprobandentur quantumcumque Episcopi consensus interuenisset, siquidem efficere non potest ut monasterium seu Ecclesiae collegiatae, vel similes aliae communitates habeant Ecclesias in initulum eo quod à iure reprobatum est.

In text. ibi, Nisi legitima praescriptione, &c. Collige ex text. Ecclesiam in proprietatem sine Episcopi consensu donatam praescribi posse, ita Abb. notab. 1. & alij in praesenti, idem Abb. in cap. dudum, n. 3. de decimis, & in cap. dilectis, n. 1. de officio legat. in effectu Felin. in cap. ad aures, n. 1. de praescript.

Nisi legitima fuerit praescriptione munitus. ] Notatur ad hoc, quod iurispatronatus potest aduersus primum, verum patronum Ecclesiae non liberè praescribi, ut per Lambert. in tract. huius tit. p. 2. lib. 1. q. 1. art. 1. Perez l. 1. vers. ulterius etiam, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 143. Cou. in reg. possessor. p. 2. §. 10. n. 1. & 8. Bonacof. & Tottan. tom. 1. com. opin. lib. 1. tit. 4. n. 8. & 19. pag. 170. Azor. insit. moral. p. 2. lib. 6. c. 19. q. 1. vers. quando secundum, Rot. dec. 520. apud Farin. in collect. 1. mississimarum, & ideo iurispatronatus inter patronos laicos praescribi



spatio 40. annorum tenent Gemin. *conf.* 123. Bald. de *prescript.* p. 5. q. 5. Conar. d. n. 8. Lambert. quem refert, & sequitur Rot. *decis.* 229. & 407. part. 1. *diuers.* & iterum apud Farinac. *decis.* 251. num. 3. recent. Quare autem concessio iurispatronatus siue diocelani Episcopi consensu, ac proinde ipso iure nulla præstet hic titulum præscribendi, vide Tiraq. in *l. si unquam*, C. de *renuendis donat. verbo reuertatur*. n. 417. Balb. de *prescript.* 1. p. 5. princ. q. 10. n. 8. & in *repet. l. Celsus*, num. 20. vers. 4. ff. de *usucept.*

6 Habuerit postea consensum. ] Notatur ad hoc, quod consensus Episcopi in translatione, vel donatione iurispatronatus potest intervenire ex postfacto, vt per Mandos. ad *reg. de imper. benefic. vacan. per obitum*, q. 31. n. 2. Flamin. de *resignat.* lib. 8. q. 10. n. 7. & 8. Menoch. de *presumpt.* lib. 6. *presumpt.* 34. num. 14. cum *segg.* Manic. *decis.* 84. n. 7. subden. em id adeo verum, etiam si medio tempore alia intercessisset eiusdem patronatus donatio, & a n. 8. tunc validam esse posteriorem donationem resoluit, si eidem, & non primæ impartitus fuerit assensus à Præbule, cum ante petitionem assensus secundæ donationis, & illius concessionem haud fuerit petum concedi anteriori, refert Campanil in *diuerso-rio iuris Canon. rubr.* 1. c. 13. n. 371. vbi *num.* seg. curio- se querit an etiam post mortem donantis concedi valeat, & præiudicat hæredibus. Vbi enim consensus requiritur in aliquo actu, sufficit quod quodcumque præstetur, ac proinde siue præcedat, siue sequatur, actus est validus, vt per Ant. Gomez. l. 5. *Tauri*, n. 6. Tiraq. de *iure mariti*, gloss. 6. n. 1. cum *segg.* Flamin. d. lib. 8. q. 8. n. 105. Cald. Pereira de *extinct. emphyt.* c. 11. num. 7. Sarnen. in *reg. de infirmis resign. q. 26. n. 3.* Simili modo in reservatione, seu creatione iurispatronatus Ordinarij assensus, & auctoritas requiritur. Roch. de *iurepa- tron.* verbo *pro eo*, in *princip.* & q. 1. Calderin. *conf.* 20. vers. nam auctoritas, hoc tit. Lambert. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 3. Rot. in *Gerunden. benefic.* 5. May 1610. coram Ottem- bergo, & tamen potest intervenire ante creationem, & postea quodcumque, Calderin. *conf.* 6. de *iurepa- tron.* Roch. d. verbo *pro eo*, q. 4. n. 9. Lambert. d. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 16. & q. 1. art. 16. n. 5. Rot. in *Placentina iuripa- tron.* 13. Martij 1609. coram Reuerendiss. D. meo Coc- cino, & in *Tuden. Parochialis* 9. Aprilis 1612. & in *Brittonien. iurispatronatus* 7. May 1612. coram bonæ mem. Vbaldo, Beltramin. in *addit. ad decis.* 420. *Gregor. XV. n. 7.* & sufficit etiam tacitus, qui colligitur ex institutionibus ipsius factis ad præsentationes patro- norum. Roch. vbi *supra*, q. 8. n. 20. Rot. in *Aqueni. iuripa- tronatus* 7. Nouembrii 1601. coram Card. Lancellot. impressa per Marchesan. de *commissio.* p. 1. pag. 454. Beltram. d. n. 7.

8 In gloss. *Legitima*, ibi, *sed eorum successores præscri- bere possunt.* ] Notatur ad hoc, quod titulus illegitimus, qui ex errore iuris legitimus reputabatur, constituit præscribentem in mala fide, destruitque longissimi temporis præscriptionem, vide Conar. in *reg. possess.* p. 2. §. 9. n. 5. vers. *septimò*, Balb. de *prescript.* 2. p. 3. princ. q. 12. num. 60. Rebuff. de *decimis*, n. 13. num. 93. Molin. de *primogen. lib.* 2. cap. 6. num. 68. Mench. *illustr. cap.* 73. num. 21.

## S V M M A R I V M.

- 1 Patroni Ecclesiæ vacantis si infra tempus à iure concessum non præsentant, Episcopus ordinabit Ecclesiæ.
  - 2 Ordinarius Ecclesiæ conferre debet quando esset questio inter patronos, & si non sit terminata intra sex, vel quatuor menses.
- Barbof. Collect. Tom. II.

3 Patronus si intra terminum præfixum non præ- sentauerit, potest Episcopus eo transacto li- bere de Rectore Ecclesiæ in Ecclesia prouide- re.

4 Episcopus elapso tempore potest facere rem gra- tam patrono, eumque ad præsentandum ad- mittere, dummodo intra suum semestre hoc faciat.

5 Anni lapsus ad petendam renouationem non nocet quando controuersia est inter duos, quorum uter- que se dominum asserit, & ad se emphyteusim per- tinere contendit.

6 Vassallus vbi duo domini contendunt de Baronia, po- test differre post annum petitionem inuestitura, dummodo intra annum offerat se velle illam reci- pere ab eo, qui est verus dominus, & protestetur quod per eum non stat.

7 Incorporalium quasi possessio acquiritur per vicum actum.

## C A P. Si verò, XII.

PATRONI dissidentibus de iure patronatus si intra quatuor menses non præsentant, Episcopus in- stituere potest aliquem idoneum, vt post litem qui vicerit, præstent iam institutum. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Butr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. in *rationali lib. 3. iuris Pontif.* pag. 374. Alagona in *compendio iuris Canonici*, pag. 509. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. *Decretal. lib. 3. titul. 3. cap. 15.* & est post Concil. Lateran. part. 14. cap. 12.

Vnde quando esset questio inter patronos, puta quia vnus negat alium esse patronum ex eo quod iurispatronatus amisit, vel eo fuit priuatus, ac proinde ad se tantum pertinere, tunc si lis non sit terminata intra sex, vel quatuor menses, Ordinarius Ecclesiæ conferre debet, tenent Lambert. in *tratt. huius iur.* lib. 2. p. 2. q. 1. art. 9. Viuian. in *praxi iurispatronat.* p. 2. lib. 7. c. 3. n. 10. & hinc text. iste solet allegari ad hoc, quod si intra terminum præfixum patronus non præ- sentauerit, potest Episcopus eo transacto libere de Rectore Ecclesiæ in Ecclesia prouidere, vt per Spin. in *speculo testam. gloss.* 4. princ. n. 18. Potest tamen Episcopus elapso tempore facere rem gratam patrono, eum- que ad præsentandum admittere, Lambert. d. q. 1. art. 27. num. 3. Viuian. d. lib. 7. cap. 6. num. 8. vbi n. 9. de- clarat hoc non procedere si Episcopus, vel alius su- perior infra suum semestre non contulerit, cum tunc denoluitur ad alium superiorem, cap. 2. de *concess. præb.*

Argumento huius text. tenet Cald. Pereira de *renouat. emphyt.* q. 7. n. 8. quod anni lapsus ad petendam renouationem non nocet quando controuersia est in- ter duos, quorum uterque se dominum asserit, & ad se emphyteusim pertinere contendit, differtur enim tunc renouationis petitio quousque aliquis dominorum contendendum obtinuerit. Pariter etiam argumento huius text. resoluit Boët. *decis.* 106. post *princ.* & Re- buff. ad *leges Gallia, tom. 1. tit. de liter. obligat. gloss.* 2. n. 8. quod si duo domini contendunt de Baronia, vassallus potest differre post annum petitionem inuestitura, dummodo intra annum offerat se velle illam recipere ab eo, qui est verus dominus, & protestetur, quod per eum non stat.

In gloss. *Representetur*, vlt. ibi, *per hoc sit in quasi possessione*, &c. Notatur ad hoc, quod quasi pos- sessio incorporalium, veluti iuris eligendi, præsen- tandi



transiendi, vel conferendi, acquiritur per vnicum actum, ut per Conat. *practic. c. 1. §. 2. vers. tertium, in princ. & in reg. possessor. part. 2. in initio, n. 6.* & plures alios, quos late refero ad cap. *querelam 24. num. 10. sup. de elect.*

## S V M M A R I V M.

1. Iuspatronatus Ecclesia si denegat ad exemptos, non per hoc in nullo debet ladi ius Episcopale.
2. Iuspatronatus transit cum bonorum possessione, quibus inseparabiliter inheret.
3. Iuspatronatus potest vendi, seu alienari sub bonorum generalitate.
4. Iuspatronatus potest transire in feudatarium, seu emphyteutam, si villa, aut castrum, cui inest, infundetur, vel in emphyteusim datur.
5. Iuspatronatus prohibetur infundari.
6. Alienatio, seu venditio rei vniuersalis habita mentione iuspatronatus illi adhaerentis an, & quando sit inualida, ostenditur.
7. Iuspatronatus transfertur ad heredes, siue sint sui, siue extranei, siue succedant ex testamento, siue ab intestato.

## CAP. Cūm saeculum. XIII.

Iuspatronatus quando in exemptos, & Religiosos transfertur, non minuitur ius Episcopale in illa Ecclesia, v.g. Parochiali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Anan. Host. Henric. Anchar. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 374. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 509. remissioe Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 16. & est post Concil. Lateran. p. 55. c. 13.

*Emptorum.* Collige ex text. iuspatronatus acquiri posse quando venditur res, cui idem ius inseparabiliter adhaeret, ita gloss. in presenti, verbo *emptorum*, Innoc. & alij Abb. in c. de iure, num. 2. in fr. hoc tit. Lambert. in tract. huius tit. lib. 1. p. 2. q. 7. art. 1. cum seqq. Syluest. verbo *iuspatronatus*, n. 7. vers. quintum, Coll. in c. si pater, part. 2. verbo *Trebellianica*, n. 4. Intellige text. procedere etiam si in venditione rei temporalis iuspatronatus exprimitur, dummodo nulla in expressione interueniat coniectura prauis animi in contrahentibus, si verò talis appareat, secundum illam contra. Ausimoniacus iudicabitur: quando autem dicitur praedicta coniectura apparere, non sibi constant Doctores, inter quos quidem existimant absque vlla distinctione dari praedictam coniecturam eo ipso solum quod iuspatronatus in venditione exprimitur, cuius expressionem tantum absque alio adminiculo quocumque modo facta sit existimant simoniam efficere, prout Ioan. Andr. in c. vnic. hoc tit. lib. 2. sequitur Felin. sibi contrarius in c. querelam, n. 3. de simonia, multis confirmat Lambert. lib. 1. part. 2. q. 5. art. 20. a n. 18. Sed melius ex mente Anan. in d. c. querelam, dicendum puto supra dictam expressionem de se coniecturam non facere ad inducendam simoniam, sed altera erit coniectura si pretium rei principalis, quae venditur, fuerit excessuum, tunc enim illius residuo iuspatronatus quod exprimitur estimatum esse iudicabitur. Si verò pretium, aut nihil, aut parum excedat valorem rei temporalis absque vitio simoniae procedet venditio non obstante expressione quocumque modo facta, siquidem tunc temporis videtur inter partes actum esse, scilicet quod venditor noluerit sibi retinere iuspatronatus, quod poterat excipere, & sibi refer-

uare, iuxta text. in c. ex literis sup. hoc tit. imò potius quod voluerit ut tanquam accessorium cum re vendita transferatur, quia data coniectura intentionis interpretatio illa facienda est, ut actus sustineatur, iuxta reg. text. quoribus ff. de rebus dub. & ut peccatum non praesumatur, iuxta reg. text. in l. merito, ff. pro socio, & in c. 2. de regulis iuris, sic aliàs facta venditione absque supra dicta expressione si pretium fuerit excessuum, magis laesio, & iniustitia circa ipsam venditionem commissa iudicabitur, quam simonia, eo quod in illa iudicanda & minus peccatum, & vnius tantum reperitur, in ista verò & grauius & vtriusque cernitur, unde necessario interpretabimur laesionem, & iniustitiam, quam simoniam dari in praedicta venditione.

*Ne cum ratione feudorum, &c.* Notatur ad hoc, 2. quod iuspatronatus transit cum bonorum possessione, quibus inseparabiliter inheret, ut per Spin. in speculo *testam. gloss. 4. princ. n. 111.* Soar. de Relig. tom. 1. tract. 3. de simonia, lib. 4. c. 28. n. 1. cum seqq. & a n. 18. Sord. de aliment. tit. 9. q. 22. n. 27. & 28. Ac proinde vendi, seu alienari potest sub bonorum generalitate. Cald. Perira de reuocant. emphyt. q. 21. n. 53. Ceual. communium contra commun. tom. 4. q. 897. a n. 59. Soar. d. c. 28. n. 12. & 17. Et in feudatarium, vel emphyteutam transit si villa, aut castrum cui inest, infundetur, vel in emphyteusim datur, resoluunt Azor. in sit. morat. p. 1. lib. 6. c. 20. quast. 12. Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 361. licet speciatim infundari iuspatronatus interdictum, Ludou. Roman. conf. 368. Lambert. in tract. huius iur. art. 29. n. 35. q. 2. p. 2. lib. 1. ita quod si alienetur vniuer. fitas, in qua adest iuspatronatus, & nominatim in illius distractione mentio fiat patronatus, sit procul inualida venditio iuspatronatus, ut aduertit Roman. d. conf. 368. post n. 1. Verum Sanch. in precepta Decalogi, lib. 2. c. 19. sub n. 12. distinctione vititur, quod scilicet, vel sit alienatio rei vniuersalis, addita mentione iuspatronatus, dicendo, & iuspatronatus, vel dicendo, & cum iuspatronatus, & priori casu non transire in emptorem, vtrique verò in posteriori dicit.

In gloss. *Emptorum*, ibi, *transfertur etiam*, &c. Notatur ad hoc, quod iuspatronatus transfertur ad heredes, siue sint sui, siue extranei, siue succedant ex testamento, siue ab intestato, ut per Spin. in speculo *testam. gloss. 4. princ. num. 46.* Marant. in reper. l. is post. num. 33. ff. de acquir. hered. vbi etiam resoluunt, quod non potest filius renuntiare hereditati paternae, & retinere iuspatronatus Ecclesiae, immò renuntiando hereditati perdit illud, quia transit cum vniuersitate bonorum.

## S V M M A R I V M.

1. Patroni sine consensu non potest quis Ecclesiam occupare.
2. Donatio iuris presentandi facta a patrono valet.
3. Presentatio a male fidei possessoribus est nulla.
4. Patronus potest alteri compatrono sine Episcopi consensu iuspatronatus renuntiare.
5. Compatroni possunt inter se conventiones, permutationes, donationes, & cessiones, absque Episcopi consensu facere.
6. Compatronus non reputatur filius in vita patris, qui est patronus.

## CAP. Ex insinuatione. XIV.

Patroni sine consensu nullus potest Ecclesiam occupare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.



Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anan. Anchar. Host. Henric. Panor. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 375. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 510. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 17. & est post Concil. Lateran. p. 15. c. 14.

Liberaliter contulisset. ] Ergo donatio iuris presentandi facta a patrono valet, de quo vide Kirchou. & Vin. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. n. 8. & 9. pag. 267. & alios citatos ad cap. illud 8. supr. hoc tit.

In text. ibi, Earum detentatores. Quales sunt etiam presentati a malae fidei possessoribus, quorum presentatio nulla est, propterea in specie tenuit gloss. penult. ubi Innoc. & omnes in cap. consultationibus, infr. hoc tit. & in c. 2. de integ. restit. & in cap. cum Ecclesia, ubi Abb. & Rip. de causa possessorum idem Abb. & communiter scribentes in cap. cum olim, illo tit. & cons. 54. col. 2. vol. 1. Anchar. cons. 20. Roch. de iure patron. verbo competens, q. 12. & 2. Lambertin. lib. 2. p. 2. q. 3. art. 1. & 20. Duen. reg. 82. existimantes cum primum constitit de mala fide presentantis presentatum & institutum repellendum esse, & admittendum de nouo presentatum a vero patrono. Pro quibus efficaciter facit, quia si talis presentatio admittatur, iam possessor malae fidei gaudeat fructu presentationis, & cum effectu illum percipiat sine illius restitutione, quae fieri non potest, quod quidem est maximum inconueniens, eo quod constat fructus aliquos ex re possessa habere non posse, ut notant omnes in l. bona fidei, ff. de acquir. rerum domin. & in cap. grauis, de restit. spoliat. Nec obstat text. in d. cap. consultationibus, quia licet simpliciter requiratur possessionem, intelligendus est bona fide interueniente, siquidem ius Canonicum ab eodem Alex. III. statum in dubio non censetur malae fidei possessoribus fauere, imò illos maxime abhorret, ut patet ex cap. vigilanti, & cap. vlt. de prescript. Unde colliges presentatum a possessore in iure patronatus, quamvis nihil de eius bona fide, sed de sola possessione doceat, si modò abunde de eius mala fide non constat, Ecclesiam debere obtinere, propterea in specie resoluunt Innoc. in d. cap. consultationibus, Roch. d. q. 2. n. 24.

In gloss. Contulisset, ibi, verius videtur, & c. Notatur ad hoc, quod patronus potest alteri comparatione sine Episcopi consensu in iure patronatus renuntiare, quia hoc non est proprie alienatio, ut per Iac. in l. qui Roma, §. duo fratres, n. 76. ubi Rip. n. 87. vers. quarto facit, ff. de verb. oblig. Lambert. in tract. huius tit. lib. 1. p. 2. prime quest. princ. art. 12. Achil. decis. 10. sub hoc tit. Flamin. de confident. q. 28. n. 184. quos refert & sequitur Rot. apud Farin. decis. 707. n. 4. p. 2. recent. Peregr. cons. 37. n. 6. vol. 3. Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resol. 87. n. 24. vers. & licet, Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 20. q. 6. Caputaq. decis. 28. p. 1. & decis. 131. vers. pro ea, quod diocesani, p. 2. Cald. Pereira de extinct. emphyt. c. 8. n. 3. & de potestate elig. c. 1. n. 24. Campanil. in diuersorio iuris Canon. rubr. 1. c. 13. n. 368. Quinimo, & posse comparationes inter se conventiones, permutationes, necnon donationes, & cessiones facere absque tali consensu, scripsit Gail. in repet. cap. fin. col. 37. de elect. in l. 6. & eum sequutus Peregr. cons. 87. n. 6. vol. 3. Filio vero comparationi si donetur, oportere concurrens consensum, ut censuit Rot. apud Caputaq. citatis decisionibus, & tenet praxis Episcop. p. 1. verbo in iure patronatus, §. 2. vers. secundum dubium, quia filius in vita parentis, qui est patronus, non reputatur comparationis, Roch. verbo comparationis, q. 7. prope n. 19. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. c. 577. n. 38. & c. 521. n. 24.

Barbol. Collect. Tom. I. I.

# SYMMARIUM.

- 1 Patronus non potest sibi Ecclesiam retinere, vel etiam alteri concedere propria auctoritate.
- 2 Successio hereditaria in Ecclesiasticis beneficiis non datur.
- 3 Patronus licet non possit se ipsum presentare, potest tamen filium.
- 4 Patroni plures quando sunt, videlicet Clerici, aut unus laicus, & alter Clericus, possunt ex se ipsis unum nominare, & presentare.
- 5 Presentare se ipsum simul cum comparationis nullus potest, sed presentationi a solis comparationis intra tempus debitum de se ipso facta consentire.

## CAP. Consuluit. XV.

Patroni non possunt, vel sibi retinere, vel aliis concedere Ecclesias sine consensu Episcopi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anan. Host. Anchar. Henric. Panor. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 375. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 510. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 18. & est post Concil. Lateran. p. 15. c. 15.

Iure hereditario rueri non possit. ] Notatur ad hoc, quod successio hereditaria in Ecclesiasticis beneficiis non datur, ut per Flamin. de resign. benef. lib. 6. quest. vlt. n. 99. & confident. q. 8. n. 9. & alios citatos per me ad c. 1. n. 2. de prebend.

In gloss. Concedant, ibi, presentare potest patronus filium. Notatur ad hoc, quod licet patronus non possit se ipsum presentare, potest tamen filium, ut per Paul. de Citalin. in tract. huius tit. p. 6. n. 3. Lambert. eod. tract. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 12. Tiraq. de iureprimog. q. 33. n. 1. Fichard. & Kirchou. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. n. 5. & 6. pag. 167. Spin. in speculo testam. gloss. 4. princ. n. 80. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 21. q. 1. & 2. Flamin. de resign. benef. lib. 9. q. 17. n. 122. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 36. a. n. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pæn. lib. 30. tract. 3. n. 222. vers. notandum, Viu. in praxi iuris patr. p. 2. lib. 6. c. 8. n. 11. & 12. quorum plures refero ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 72. n. 93. Pro quibus facit, quia patronus tantummodo prohibetur presentari ad Ecclesiam vacantem, in qua ipse habet in iure patronatus, & tamen constat illius filium non esse patronum, nec in eadem Ecclesia in iure patronatus habere, unde succedit reg. text. in l. 4. §. tories, ff. solut. matrim. Facit insuper quia rationes propter quas prohibetur patrono se ipsum presentare cessant in filio eius, siquidem alia persona est diuersa, quia data apparet ratio discriminis inter dantem & accipientem, quod requirit text. in cap. vltim. de institut. deinde cessat vitium ambitionis text. in cap. per nostras 26. infr. hoc tit. eo quod licet in patre dante existere possit, nihilominus tamen in filio ex ipsius acceptatione non presumitur, propterea in aliis presentatis non iudicatur. Facit denique, quia filius patroni non debet esse deterioris conditionis, quam reliqui omnes extranei, qui per patronum parentem presentati possunt, alias enim fauor, quem ius Canonicum in remunerationem beneficii patronus facere intendit, in illorum odium retorqueretur, contra reg. text. in l. quod fauore, ff. de leg. & reg. quod ob gratiam, lib. 6. Non obstat text. in presenti, quia respondetur tantummodo prohibere patronum filio suo Ecclesiam patronatam conferre.

Gg 3 licet



sicut similiter vnicuique extraneo conferre non potest, ut addidi ad cap. praterea 4. *supr. hoc tit.* non verò prohibere in eadem Ecclesia patronata filium patroni per patrem presentari praelato, qui eidem institutionem exhibere tenetur, idque manifestè colligitur ex verbis huius text. ibi, *propria auctoritate detineatur*, & ibi, *concedant*, quæ quidem verba bene in collatione, minime verò in presentatione verificantur.

4 In ead. gloss. ibi, *Sed si plures*, &c. Notatur ad hoc, quòd quando plures patroni sunt, videlicet Clerici, aut vnus laicus, & alter Clericus, possunt ex se ipsis vnum nominare, & presentare, ut docent Azor. d. c. 21. q. 3. Aloyf. Rice. in *praxi rerum fori Eccles.* resol. 179. n. 3. in 2. edit. Vgolin. de offic. Episc. c. 51. §. 2. n. 1. Mar. Anton. var. resol. §. 1. n. 5. Ego ipse d. alleg. 72. n. 91. Roch. in *tract.* huius tit. verbo *honorificum*, q. 4. princ. n. 20. Lambert. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 5. Vin. d. c. 3. n. 7. vbi n. 8. cum Abb. conf. 21. vol. 2. dicit nullo modo posse Clericum simul cum compatronis se ipsum presentare, seu presentationi à solis compatronis intra tempus debitum de se ipso factæ consentire.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ius patronatus per se vendi non potest, & n. 2.
- 3 Ius patronatus annexum oppido an in venditione talis oppidi facta cum expressione illius eidem annexi transeat in venditorem, remissum.
- 4 Ius patronatus controuersia iudicis Ecclesiastici cognitionem requirit.
- 5 Pretium datum pro emendo iure patronatus, nec emptor, nec venditor habere debet, sed Ecclesiæ tribuitur, cui ob simoniam illata fuit iniuria.

## CAP. De iure, XVI.

1 Ius patronatus per se vendi non potest, cum sit spirituali annexum, & si vendatur, contractus non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viu. in *ration.* lib. 3. iuris Pontif. pag. 275. Alagona in *compend. iuris Canon.* pag. 510. remissum Ximen. in *concord.* p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 3. c. 20. & est post Concil. Lateran. p. 1. §. c. 17.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Roch. in *tract.* huius tit. verbo *utile*, q. 3. à n. 8. Lambert. eod. *tract.* lib. 1. p. 2. q. 1. art. 12. n. 17. Redoan. de *simon.* p. 3. c. 13. n. 22. Rebuff. in *comment.* ad l. coniunctionem 29. vers. item si vendatur, ff. de verbor. signif. pag. 169. in princ. Azor. *instr. moral.* p. 2. lib. 6. c. 20. q. 8. Soar. de *Relig. tom. 1. tract. de simonia*, lib. 4. c. 28. n. 27. cum seqq. Viu. in *praxi iurispatron.* lib. 4. c. 5. n. 5. Bonacin. de *simon.* q. 4. §. 1. n. 3. & alios per me de offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 71. Et hodie per Concil. Trid. sess. 25 de *reform. l. 9.* contra patronos vendentes ius patronatus, ita statuitur: *Nec dictum ius patronatus venditionis, aut alio quocunque titulo in alios contra Canonicas sanctiones transferre presumant, si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti poenis subiciantur, & dicto iure patronatus ipso iure priuati existant*, quem refert Campan. in *diuersorio iuris Canon.* rubr. 11. c. 13. n. 510. vbi n. 511. id intelligit vbiunque vnus esset patronus, vide tamen dicta ad cap. quia Clerici, 6. *supr. hoc tit.* Ratio autem quare ius patronatus nullo modo pretio vendi possit, ea est, quia cum illud spiritualibus annexum sit, pretij æstimationem non recipit, prout in effectu resoluunt D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. & in 4. sent. dist. 25.

q. 15. Sylu. verbo *simonia*, q. 12. Nau. in *man. c. 23. n. 180.* Lambert. d. n. 17. Sot. de *iustit. lib. 9. q. 7. art. 1.* Non obstat, cap. ex *litteris*, sub hoc tit. inuncta reg. cum quid prohibetur, lib. 6. quia hæc reg. procedit, quando illud, quod prohibetur, idem, licet alio modo, factum est, quod non contingit in specie cap. ex *litteris*, in quo licet res temporalis principalis vendatur, ius tamen patronatus nequaquam venditur, neque super illo fit aliqua conuentio, sed solum fit super re merè temporalis, licet illa translata transeat ius patronatus propter inseparabilem coniunctionem ipsius rei, quæ venditur.

Verum autem in venditione oppidi facta cum expressione iurispatronatus eidem annexi, transeat ipsum ius patronatus cum vniuersitate vendita? Vide Ioan. Andr. & Calderin. in cap. vnic. hoc tit. lib. 6. distinguentes inter expressionem factam declaratione, ut tunc transeat ius patronatus, & expressionem factam coniunctiue, & tunc non transeat, Couar. lib. 2. var. c. 18. n. 8. vers. his vero rationibus, Roch. in *tract.* huius tit. verbo *ipse*, vel is, q. 2. §. n. 46. Lambert. in *simili tract.* lib. 1. p. 2. q. 5. art. 29. Viu. d. c. 5. n. 6. Rot. decis. 399. n. 4. & 5. apud Farin. p. 2. recent. vbi amplecti videtur supradictam Ioan. Andr. & Calderin. distinctionem. Illud aduertere oportet cum Rebuff. loco proxime citato, quod quando venditur oppidum, & ius patronatus, coniunctiue scilicet, licet non valeat venditio quoad ius patronatus, valebit tamen quoad oppidum, cum vtrumque æquè principaliter vendatur, & vno deficiente alterum non distinguitur.

Quod est spirituali annexum. Ergo ius patronatus controuersia iudicis Ecclesiastici cognitionem requirit, ut per Andr. Dalner. in *tract. de iure patron.* c. 147. Bernard. Græua. ad *practic. Camer. Imper. lib. 1. concl. 38. confid. 1. n. 1.* Lambert. in *tract.* huius tit. lib. 2. p. 2. art. 7. q. 3. princ. n. 4. & 5. nouè Sigism. Scacc. de *sent. & re iudic. gloss. 7. q. 2. limit. 5. n. 34.* & 45. Quid in determinatione iurispatronatus Regij, & ad Coronam Regiam pertinentis, vide Cardol. in *praxi iudicum*, verbo *casus*, à n. 8. Cabed. de *patronat. Regie Coronæ*, c. 5. n. 3. & c. 49. à n. 1. & p. 2. *Lysit. decisio*, decis. 120. n. 3. & Aresto 91. Cald. Pereira *quæst. forens. conf. 5. n. 6.* & seqq. Cur. Philip. p. 1. §. 5. n. 4. Ceual. *commun. contra commun.* q. 897. n. 560. Azueved. l. 2. n. 4. tit. 1. lib. 4. nona *recop.*

In gloss. Irritum, ibi, *sed quis habebit*, &c. Notatur ad hoc, quòd pretium datum pro emendo iure patronatus, nec emptor, nec venditor habere debet, sed Ecclesiæ tribuitur, cui ob simoniam illata fuit iniuria, ut per Zabar. & Panorm. in *presenti*, Lambert. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 6. Viu. d. lib. 4. c. 5. n. 9.

In ead. gloss. ibi, *Ipsa iure*. Apertè vult gloss. venditionem iurispatronatus ipso iure non valere, sequuntur Roch. verbo *ipse*, vel is, q. 2. §. n. 51. Lambert. lib. 1. p. 2. q. 7. art. 1. n. 4. Non obstant verba huius text. ibi, *irritum decernimus*, quæ verba hominis ministerium significare videntur, requirunt scilicet contractum esse potius annullandum, quam sit nullus ipso iure, quia responderet ministerium hominis hic non requiri, ut contractus de nouo annulletur, sed ut nullus, nulliterque gestus, de facto processisse declaratur, quod quidem est obseruandum in reliquis contractibus, qui nullitatem ipso iure incursum in se continent, prout in specie declarant Butr. in l. eleganter, n. 7. ff. de dolo, & in l. si id quod, ff. de verbor. oblig. Paul. in l. 2. n. 4. C. de *rescind. vend.*



## S V M M A R I V M.

- 1 Patronus non potest sine Episcopi, vel Papa consensu etiam loco reigioso conferre Ecclesia decimas, vel aliud spirituale.
- 2 Ordinarius ubi recusat, vel differt instituire, adiri potest superior proximus.
- 3 Declaratur text. in presenti.
- 4 Index requisitus si nolit exequi decretum iudicis, requireris, nec eius precibus consentire, eius superior est omnino interpellandus.
- 5 Episcopus si suum consensum prestare noluerit, potest ad eum praestandum compelli auctoritate superioris.
- 6 Diocesanus si nolit consentire reservationi iurispatronatus, potest compelli per superiorem, imo superior poterit consentire si diocesanus renuat sine causa.
- 7 Maritus qui bona immobilia de iure Lusitania, & Castella alienare non potest sine uxoris consensu, si ipsa uxor consentire renuat, quid faciendum, ostenditur.

## C A P. Nullus. XVII.

- 1 Patronus non potest dare Canonicis, vel Monasteriis decimas, vel Ecclesias, vel aliud pertinens ad ius spirituale sine consensu Episcopi, & si quis Episcopus consentit causa avaritiae, vel improbitatis, denuntiari debet Papae, & quod offerendum est tunc eius licentia offeratur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 376. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 510. remissive Calal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 22. & est post Concil. Lateran. p. 156. 18.
- 2 Romano Pontifici nuntiatur. Notatur ad hoc quod ubi Praeful recusat, vel differt instituire potest superior proximus, ut per Roch. in tract. s. tit. verbo pro eo, quod de diocesanis consensu, q. 5. n. 12. Lambert. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 17. & p. 2. q. 1. art. 20. à principio. Palat. in repet. rubr. de donat. inter virum, & uxor. §. 22. à n. 4. Franc. Marc. decis. 491. n. 4. p. 1. Mandos. conf. 7. sub n. 13. Campanil. in dinerforio iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. n. 475.
- 3 Adnertere tamen oportet, quod ideo Episcopi Adonen. de quo in presenti, negligentia Papae nuntiatur, quia non recognoscebat alium superiorem nisi Papam, ac proinde cum fuerit exemptus, eius negligentiam Metropolitanus supplere non poterat, ut per Lambert. in tract. huius tit. lib. 1. p. 20. n. 9. Steph. Quatant. in summa Bullary. verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. decima nona, n. 21. in fine. Et propterea ab Episcopo exempto ad Papam sic deuolutio, Campanil. d. cap. 13. n. 48. Sed dubium facit quod etiam si Decretalis haec missa esset illi Episcopo Adonen. qui non recognoscebat Superiorem, nihilominus tamen cum Gregor. IX. in hoc volumine hanc decisionem posuisset non respectu Episcopi particularis, sed respectu omnium Episcoporum, veluti legem vniuersalem constituere censetur, & ideo forsan melius tentari potest text. in presenti procedere casu, quo solum agitur de supplendo consensu Episcopi sine causa legitima illum recusantis in concessionibus, de quibus agit, per laicos faciendis, quae praedictum consensum attento iure per modum auctoritatis requirunt, itavt per illam forma in-

ducatur, ita in specie intendit Palat. in d. rubr. §. 22. n. 7. Pro quo intellectu facit quoddam consensum, qui supplendus est, dupliciter considerari potest, vel enim requiritur per modum auctoritatis ad solemnizandum actum, itavt formam illius constituat, vel rursus solum ad maiorem deliberationem, seu ad colligendam voluntatem ipsius Episcopi, meminit huius divisionis Dec. in cap. avaritia, n. 13. de praebend. inter utrumque modum illud est discrimen, quod in priori casu non Archiepiscopus, sed solum Romanus Pontifex requisitum consensum supplere potest. Probatur ratione, etenim cum talis consensus sic consideratus ad actus validitatem requisitus censetur, & vir talis praecise in specifica forma debeat exhiberi, ex text. in l. obligari, §. tutor, ff. de auctorit. tutor. & in cap. pen. iuncta gloss. verbo mandantibus, de re iudic. lib. 6. recte fit ut talis consensus quantumcumque sine causa ab Episcopo denegatus, per Archiepiscopum minime suppleri possit, sed recurrendum est ad Summum Pont. qui omnes iuris defectus supplere potest, ex reg. text. in c. proposuit, de concess. praebenda, in hoc priori casu loquitur, & procedit hic text. non tamen sic dicendum in posteriori, in quo per Archiepiscopum aliquando consensus suppletur, prout in multis casibus, quos refert Lambert. d. art. 20. n. 6. aliquando item consensus habetur pro obiecto, prout resoluit Cost. in l. cum tale, §. si arbitratu, ampliat. ult. n. 6. Qui quidem intellectus manifeste colligitur ex verbis huius text. in fine, ibi: Et quod offerendum est, tunc eius licentia offeratur, quae verba aperte denotant text. agere solummodo respectu habendi licentiam, quae ab Episcopo iniuste denegata à Romano Pontif. est obtinenda, non vero agit respectu compulsionis, de qua in presenti nulla fit mentio, & ideo regulanda est secundum alias decisiones, quae dicunt negligentias, vel culpas Episcoporum per suos immediate superiores regulariter posse coerceri resolunt DD. communiter per text. ibi, in c. pastoralis, ubi Felin. n. 6. de offic. ordin.

Dicit Conarr. praef. c. 10. num. 7. in med. hunc text. optimum ad hoc, quod si index requisitus nolit exequi decretum iudicis requireris, nec eius precibus consentire, eius superior est omnino interpellandus; ab eoque petendum, quod cogat iudicem requisitum exequi ea decreta, quae illi index requirere destinauerit.

Notatur ad hoc, quod si Episcopus suum consensum prestare noluerit, potest ad eum praestandum compelli auctoritate Superioris Antistitis, videlicet Archiepiscopi, vel Primatis, ut per Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. c. 3. quest. 10. ubi cum Panorm. resoluit, quod quando requiritur consensus vnus in fauorem, & gratiam alterius, si rennerit, consentire abique legitima causa, potest adiri superior, ut cogat eum ad consentiendum, de quo etiam nouissime Ioan. Anton. Maslobr. in sua praxi habendi concursus, praefat. 7. dub. 7. secundum Roman. impress. ubi cum Lambert. lib. 7. part. 3. quest. 1. art. 16. resoluit diocesanum ubi nolit consentire reservationi iurispatronatus posse compelli per superiorem, imo posse ipsi summet Superiorem consentire si diocesanus renuat sine causa, & dub. 8. pariter resoluit diocesanum posse compelli ad consentiendum foundationi in qua opponitur conditio contra ius commune, qui quidem reducendi sunt ad terminos supradictae distinctionis. Hinc etiam si maritus qui bona immobilia sine uxoris consensu alienare non potest, etiam de iure Regnorum Lusitaniae, & Castellae, ea bona alienare interdicit, & uxor alienationi contradicat, poterit ipse maritus iudicem adire, qui causam contradictionis diligenter examinet, quam si iniustam iudicauerit, suo arbitrio



contrahendi potestatem concedere poterit, ut per Menoch. de arbitr. casu 211. n. 6. cum seqq. Azuned. l. 4. a. n. 1. tit. 3. lib. 5. noua recopilat. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 47. num. 37. Cald. Pereira de extinet. emphyt. c. 12. num. 1. Tiraquel. de iure mariti, gloss. 3. num. 127. cum seqq.

In gloss. Conferat, ibi, si tamen contulerit, & subsequatur postea consensus Episcopi, bene valet talis donatio. Notatur ad hoc, quod consensu Ordinarij in translatione, seu reservatione iurispatronatus potest interne- mite ex postfacto, ut per Lambert. de iurispatronat. 2. p. lib. 1. g. 1. art. 16. n. 5. Roch. cod. tract. in verbo pro eo, n. 9. Campan. in diuersis iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 261. & plures à me citatos de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 70. num. 21. & alleg. 71. num. 18. & fuit dictum in Tuden. Parochialis 9. Aprilis 1612. & in Se- goimen. Capellania 13. Ianuarij 1623. coram bonae mem. Vbaldo.

## S V M M A R I V M.

1. Episcopus si in Ecclesia alterius diocesis est patro- nus, praesentatus ab eo debet admitti si est ido- neus.
2. Iurispatronatus concessio facta Episcopo sub nomine appellatio non ipsius persona, sed Ecclesia con- templatione facta censetur.
3. Declaratur text. in l. quod principi 56. ff. de leg. 2.
4. Patronus idoneam & dignam personam debet sub peccato mortali nominare & praesentare.
5. Ordinarius tenetur idoneiorem admittere, ubi à patro- nis duo fuerint valide nominati.
6. Idoneior & propterea praefendus qui altero cum quo concurrat, fuerit senior, seu originarius, alter vero externus, seu Doctor, aut Sacerdos, vel ha- buerit maiorem dignitatem, aut dispensatione non indigeat.
7. Idoneus an quis sit arbitrio Episcopi relinquatur.
8. Idoneitas tempore praesentationis requiritur, non alio subsequenti.
9. Laicus viri incapax non potest ad beneficia presenta- ri, nisi breui interiecto tempore Clericali Ordine insigniretur.
10. Episcopus acquirens iurispatronatus potest, & debet in Ecclesia vacante praesentare.

## C A P. Significasti. XVIII.

**E**piscopus si habet ius praesentandi in aliena Eccle- sia, & praesentat idoneum, est admittendus. Colli- gunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchor. Henric. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 376. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 510. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 22. & est post Concil. Lateran. p. 15. c. 19.

2. Pro Ecclesiis sibi commissis. Collige ex text. con- cessionem iurispatronatus factam Episcopo non ipsius persona, sed Ecclesiae contemplatione factam cense- ri, ita Innoc. n. 2. Abb. & alij in praesenti, idem Abb. n. 2. & 4. & alij praesertim Conar. n. 1. per text. ibi in c. re- quisisti, de testament. Lambert. lib. 1. p. 2. g. 1. art. 13. n. 3. & 4. Menoch. de arbitr. g. 68. a. n. 11. intellige ut proce- dat quando donatio iurispatronatus facta est Episcopo sub nomine appellatio, etenim cum non data aliqua coniectura per quam indicatur concessio personalis,

quae sit Episcopo, non eidem personae, sed Ecclesiae suae facta censetur, & donatio iurispatronatus facta sub nomine appellatio nisi aliud appareat, realis sit, ut probat d. c. requisisti, recte fit ut talis donatio facta Episcopo sub nomine appellatio non personae, sed Eccle- siae suae facta esse dicatur, ut text. habet pro quo intel- lectu expendi potest verbum illud, Episcopi, de quo in text. quod quidem non proprium est, sed appellatio ex sua natura aptum ad comprehendendum quoscun- que in illa dignitate positos tam praesentes, quam fu- turos, gloss. magna, & Abb. notab. 3. in c. quoniam Abbas, de officio deleg. nisi ex materia subiecta aliud deprehen- datur, pro ut in text. sic intelligendo in c. aduersus, de immunit. Eccles. propter excommunicationem, de qua agit, vel ex intentione concedentis, per text. patet sic intelligendum in l. si quid earum 4. s. s. ult. in fine, ff. de legat. 3. Faciunt secundo pro eodem intellectu alia ver- ba huius text. ibi, post promotionem suam, quae quidem verba non erant necessaria si personalis esset concessio, de qua in hoc text. eo quod ante promotionem fieri po- terat. Tertio expendi possunt alia verba, ibi, pro Eccle- siae sibi commissis, quae quidem denotant concessionem iurispatronatus de qua ibi, fuisse realem. Non obstat text. in l. quod Principi, 56. ff. de legat. 2. quem expendit Conar. ubi supra. n. 4. & pract. c. 1. vers. postremo, Xuar. alleg. 50. num. 3. quia respondetur quod licet verum sit textum illum ius singulare constituisse, & specialiter procedere in Principe, ut significat eius verba, ex constitutione D. Antonini, nihilominus tamen ius il- lud singulare, quod constituit in eo verificatur quod legatum indistincte censetur relictum contemplatio- ne dignitatis, siue appellatio, siue proprio nomine re- linquatur, & respectu istius nominis proprii fuit in- ducta praedicta constitutio, pro ut colligitur ex mente communi ibid. & si replicatur de verbo, illi Principi, in text. posito, quod quidem dignitatis nomen importat, satis sit si dicas iuriconsult. ibid. non referre verba illa, quibus testator legans vult est, sed vim, & effectum legati, quod licet proprio nomine Principis relinqua- tur, ex singulari D. Antonini constitutione censetur relictum contemplatione dignitatis ad effectum ut successori debeatur.

Persona idonea. Idoneam ergo, & dignam personam debet patronus sub peccato mortali nominare & praesentare, ut per Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 2. l. 4. ubi g. 5. resolut quod patronus digniorem debet nomi- nare ex duobus, qui ex loco, Ecclesia, vel familia, aut gente occurrunt, de quo vide Ioan. Valer. de differen- tiis inter utrumque forum, verbo electio, different. 2. Sic eodem modo, ubi à patronis duo fuerint valide nomi- nati, idoneiorem superior admittere tenetur, cum in hoc casu nulla ei detur facultas eligendi, Abb. in c. cum autem, n. 2. in fi. hoc tit. Roch. in tract. huius tit. verbo ho- norificum, post n. 40. Idoneior & propterea praefendus est, qui altero, cum quo concurrat, fuerit senior, Barbat. consil. 23. post n. 1. 3. vol. 1. Roland. consil. 38. n. 7. o. lib. 1. Mari. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 104. n. 2. Lambert. in tract. huius tit. p. 2. lib. 2. quae sit princip. art. 26. n. 4. Item si originarius, alter vero externus, Dec. consil. 14. n. 13. Mailril. Sicilia decif. 2. n. 147. Roch. verbo honorificum, n. 45. Conar. pract. c. 3. 5. vers. secundo annotandum est sub n. 5. Lan. bet. lib. 2. p. 3. g. 7. princip. art. 4. n. 5. & art. 5. Put. decif. 254. p. 1. Fulc. de visitat. lib. 2. c. 5. n. 13. & 14. & c. 2. n. 25. Rot. decif. 299. p. 1. diuers. Mari. Antonin. loc. cit. Mandos. consil. 55. n. 4. cum seqq. Item si Doctoratus laurea decoratus, cum propterea magis idoneus saltem credendus sit, Roland. à Valle consil. 47. n. 76. vol. 1. Cassan. in catalogo, part. 10. confid. 33. Mailtil. decif. 2. num. 15. Doctoratus enim qualitas magna est, & ideo Doctor in beneficio praefertur non Doctori Rot.



Rot. apud Farin. *decis.* 36. n. 2. p. 2. *recent.* Præterea si Sacerdos, alter verò aliquo inferiori Ordine insignitus, Roland. *d. conf.* 47. n. 75. *Dec. conf.* 542. n. 13. Item si prius allegatus fuit suos Ordines, & gradus, Ioan. de Platea in l. 2. n. 1. *C. de primic. lib.* 1. 2. *Nat. conf.* 638. n. 18. Item si habebat maiorem nobilitatem, Lambertin. in *tract. huius tit. lib.* 2. p. 3. q. 2. *art.* 9. Item si dispensatione non indiguit, alter verò sic, vt per Seraphin. *decis.* 767. n. 2. p. 1. quas omnes qualitates ponderant Rot. in *Tuden. parochialis* 18. *Aprilis* 1603. coram Illustr. Card. Sacro, vbi firmavit conclusionem in beneficiis curatis ex idoneis magis idoneum esse eligendum per sacrum Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 18. & *constit.* Pij V. 15. Kalend. Aprilis Pontificatus sui anno 2. provt antea fuerat resolutum in *causa Dertus. sen. parochialis* 18. *Decembris* 1581. coram Giptio. An quis sit idoneus arbitrio Episcopi relinquatur, quatenus ille rectè iudicauerit, Abb. in *cap. cum autem*, n. 6. *hoc tit. Alex. conf.* 33. n. 3. *lib.* 1. Marelot, *var. resol.* p. 1. c. 52. n. 2. 4. & 25. D. Ioan. Anton. Mallobr. in *sua praxi habendi conseruam ad parochiales Ecclesias requisito* 5. *dub.* 2. n. 30. & satis denotat d. *constit.* Pij V. quæ aliàs facta admitteret appellationem ab electione Episcopi, multum autem præsumitur pro iudicio Ordinarij, itavt irrationabilitas debeat esse manifesta, vt fuit dictum in *causa Rauennaten. Parochialis* coram Illustrissimo Aragonio, & in *Pampilonen. Parochialis* 12. *Decembris* 1597. coram Litta, ex familiaritate tamen multum tollitur de præsumptione, quæ aliàs esset pro Episcopo, iuxta notata in *cap. sunt nonnulli* 1. *quest.* 1. & fuit consideratum in d. *Rauennaten. & in d. Tuden.*

8 Idoneitas tempore præsentationis requiritur, non alio subsequenti, vt per Rot. *decis.* 69. p. 1. *diuers.* Mar. Antonin. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 9. n. 1. dum aiunt capacitatem Clerici, & requisitam in eo qualitatem tempore præsentationis extare debere; vnde enenit vt laicus vt incapax non possit ad beneficia præsentari, quia præsentatio huiusmodi operatur ius ad rem quod in beneficiis competere laicis non videtur posse, ita Ioan. Selua de *benef. lib.* 2. q. 23. n. 14. Lambertin. in *tract. huius tit. lib.* 2. p. 1. q. 7. *art.* 2. n. 15. *vers.* dicere, & *art.* 7. n. 7. & *art.* 29. *col. fin. vers.* aduerte ad aliud, vbi quòd sicut laicus non est capax collationis, ita nec præsentationis, licet velit se promouere, & sicut debet quis esse Clericus tempore datæ collationis, ita tempore datæ præsentationis, & sequuta est Rot. in *Burgen. Abbacie* 19. *Decembris* 1588. coram D. Penia, vbi distinguit inter nominationem, & præsentationem coram Ordinario, vt tempore nominationis non requiratur, sed omnino tempore præsentationis coram Ordinario, refert & sequitur eadem Rot. apud Farin. *decis.* 530. n. 13. p. 2. *recent.* & faciunt quæ Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. gloss.* 2. n. 66. Quamvis ipsa Rota in *vna Imolen. inris patronatus* 19. *Novembris* 1594. coram Orano, hoc limitet si laicus præsentatus breui interiecto tempore Clericali Ordine insigniretur, quasi tunc minimè dicenda esset facta præsentatio de persona penitus inhabili, cum satis sit ante institutionem fuisse promotum, sequitur Flamin. de *resignat. lib.* 4. q. 2. n. 5. & 6.

10 Præsentauerunt. Collige ex text. Episcopum acquirere ius patronatus posse, & debere in Ecclesia vacante præsentare, idem probat text. in *cap. si quis Episcoporum* 16. q. 5. & in *cap. ult. infra hoc tit.* tradunt gloss. verbo *præsentauerunt*, Abb. n. 3. & alij in *presenti*, Lambertin. *lib.* 2. p. 1. q. 1. *art.* 7. Intellige procedere quando concessio facta est de iure patronatus existente in alio territorio, provt in specie tradunt Abb. Anan. in *princ.* & alij in *presenti*, vel licet in eodem sit territori-

torio, alius tamen proponitur inferior Prælati ad quem pertinet institutio, pro quo intellectui vrgenter faciunt finalia verba huius text. ibi: *Sunt admittenda persone*, quæ verba necessarid conuincunt in hoc text. non tractari de receptione faciendi per ipsum Episcopum præsentantem, sed de alia faciendi per illum Episcopum, qui factam præsentationem reculare potest, quòd idem dicendum est, si alij compatroni in eodem iure patronatus reperiantur cum eo casu supradicta ratio locum habeat.

## SUMMARIUM.

- 1 Institutus ad præsentationem eius, qui tunc inspatronatus Ecclesia possidebat, remoueri non debet, licet illud ius ab eo postmodum eumatur, secus si non possidebat, sed tantum credebat esse patronus.
- 2 Patronus putatiuus debet præsentare, & non alius qui caret possessione, licet bonum ius habeat in proprietate.
- 3 Præsentari cum duo sunt alter ab existente in possessione nominandi, alter verò ab habente proprietatem inspatronatus, ille instituendus est, qui à possessore præsentatus fuit, nisi de tempore præsentationis constaret de defectu proprietatis possessionis.
- 4 Error communis cum possessione sufficit absque titulo collato à superiore.
- 5 Inspatronatus, seu præsentandi in quasi possessione existens valide præsentat, & eius præsentatio admittenda est, ac institutio sequi debet.
- 6 Inspatronatus possessio acquiritur etiam ex unica præsentatione sequuta institutione.
- 7 Status vltimus in beneficiis ad effectum validitatis collationis consideratur, declarata vt ibi.
- 8 Præsentatus à male fidei possessore amoueri debet.
- 9 Promissus à possessore bonæ fidei præsentur promisso à proprietario, illi, cui ius conferendi competit.

## CAP. Consultationibus. XIX.

Inspatronatus quando quis possidet, & præsentat idoneum, quem Episcopus instituit, si deinde in lite patronus perdit inspatronatus, & alius vincit, præsentatus, & institutus non est remouendus ab Ecclesia. Colligant ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butt. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Panorm. Viu. in *ration. lib.* 3. *inris Pontif. pag.* 176. Alagona in *compend. inris Canon. pag.* 511. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. *Decret. lib.* 1. *tit.* 33. c. 23. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 1. c. 20.

Credebat esse patronus. Notatur ad hoc, quòd patronus putatiuus debet præsentare, & non alius, qui caret possessione, licet bonum ius habeat in proprietate, vt per Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. gloss.* 45. §. 2. n. 6. Roch. de *Cute de iure patron. verbo competens*, q. 19. n. 39. cum *seqq.* Lambert. *cod. tract. lib.* 2. p. 1. q. 3. *art.* 1. & p. 6. Greg. Lop. per text. ibi in l. 9. *verbo tuiisse. tit.* 15. p. 1. *Gutier. conf.* 4. n. 34. Salgado de *protect. Regia. tom.* 1. c. 10. n. 3. cum *seqq.* Rot. *decis.* 167. n. 7. p. 2. *diuers.* Intellige quando à lege pro tali habetur, provt contingit in sententia, quæ in rem iudicatam transiit, constat à lege haberi pro veritate, vt docet Iurifconf. in l. *res indicata* 207. ff. de *regulis iuris*, non verò procedere quando non à lege, sed ab hominibus pro tali reputatur, provt habet text. in *presenti*, ex quo in hoc sensu iam apertè colligitur non valere præsentationem factam

RBOSA  
Ius Can.  
203  
GVI  
18



Patronum ab illo, qui tantum credebatur patronus, ita in specie gloss. ult. Innoc. in finalibus verbis, Butr. n. 4. Abb. n. 3. & alij in presenti, tradunt Roch. in tract. huius tit. verbo competens, q. 21. n. 43. Lambertin. cod. tit. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 9. n. 4. Padil. in l. 2. n. 56. C. de servitutibus Ratio est, quia fundamentum presentationis consistit in possessione iuris presentandi, quae quidem possessio tanquam conditio requiritur ad validitatem ipsius, ut colligitur ex verbis huius text. ibi: si tempore presentationis possidebat, iuncto text. in l. si mihi & Titio, ff. quando dies legati cedat, text. melior in l. eas causas 79. ff. de condit. ac subinde si praesentans non possidet, conditio deficere censetur, quia deficiente, veluti deficiente essentiali fundamento, deficit validitas presentationis, arg. text. in l. 3. vers. aut enim, ff. de bonis libert.

Non obstat reg. text. in l. Barbarius, ff. de officio Praetoris, quia communis sententia respondet constitutum esse discrimen inter gesta ratione publici officij, & inter illa, quae geruntur privata ratione, seu auctoritate, ita ut in priori casu propter communem errorem sustineantur, minime vero in posteriori, in quo deficit publica utilitas, propter quam ex quadam aequitate constitutum est ut valeant gesta per illum, qui alias non habet potestatem, ita in specie tradit Innoc. n. 4. in fine, cap. cum dilectus, de consuet. refert, & sequitur alios Felin. in cap. ad probandum, de re iudic. communis ex Vant. de nullis. tit. quando nullitas reprobatur, n. 55. Roland. conf. 46. n. 34. lib. 1. expendentes text. in l. 2. C. de sent. & interloc. Vnde cum presentatio non ex publico officio, sed privata ratione, auctoritate patroni procedat, nil mirum si decisio illius text. in eadem limitetur. Sed licet haec responsio defendi possit, nobis tamen non ardet, propterea iam de illa dubitavit In. in d. l. Barbarius, n. 67. liquidem eadem utilitas publicata datur in sustinendis actibus privatis communi errore celebratis, ac in illis, qui ratione publicae potestatis fiunt, alias enim maximum humani commercij detrimentum daretur, cum homines propter timorem nullitatis nolent contrahere, vel similes actus privatos facere, quod quidem inconueniens necessarium dicendum est leges auferre voluisse, eo quod non ad praeteritos actus, sed ad futuros sustinendos late sunt, iuxta text. in cap. ult. de consuet. in super. text. in l. 1. C. de testam. & in l. 3. ff. ad Macedon. aperte agunt de actibus privatis, qui propter communem errorem, & existimationem sustinentur. Vnde verior videtur sententia, regulam de qua supra, etiam in actibus privatis procedere, dummodo scientia impedimenti ex parte aduersa non detur, sic procedit text. in d. cap. dilectus, de consuet. ibi, & de suspensio, & in cap. innotuit 20. ibi, qui sponte ac humiliter, de elect. nec aliquod testis praedictum considerabile resulter, quoniam communis existimatio huiusmodi actus non confirmat in praedictum alicuius tertij considerabile, in xtra reg. text. in l. id quod nostrum, ff. de regulis iur. in xtra quam resolutionem difficultas, de qua supra facile tollitur si dicas presentationem licet non sit actus gestus ratione officij publici, de quo loquitur text. in d. l. Barbarius, ex illius tamen sustentatione resultare graue veri patroni praedictum, quod quidem licet non detur in defectum presentationis ab illo facienda, apparet tamen maximum in eo, quod sustentata praedicta presentatione, de qua agitur, praesentans, qui tantum credebatur, iam per illum actum remanet verius possessor iuris praesentandi.

Vnde cum duo sint praesentari, alter ab existente in possessione nominandi, alter vero ab habente proprietate in iurispatronatus, ille institutus est, qui a possessore praesentatus fuit, ut per Mandol. conf. 41.

incip. In causa Asculana, n. 4. per Dec. conf. 117 sub n. 2. vers. & tali presentatione, & conf. 134. in 1. dubio, Federic. de Senis conf. 234. Oldrad. conf. 312. Abb. conf. 54. vol. 1. Zabari. conf. 69. sub n. 4. nisi de tempore electionis, presentationis vel collationis, constaret de defectu proprietatis possessoris, Gonzal. d. 6. 2. n. 43. tunc enim si liquidum constaret de proprietate patronus praesentendus sine dubio esset, qui ab ipso proprietario esset praesentatus, ex resolutis per Abb. in presenti, n. 9. & Dec. conf. 126. post n. 3. & conf. 149. sub n. 2. vers. & retenta, Roch. in tract. huius tit. verbo competens, n. 45. & 46. Paul. de Citadin. in simili tract. q. 7. art. 3. n. 16. p. 6. Rot. decis. 167. sub n. 9. p. 2. diuers. Vnde etiam bene inferitur institutum vigore presentationis factae ab existente in possessione praesentandi non esse remouendum quando postea constaret praesentantem non esse patronum, ut declarant multi citati a Menoch. conf. 90. n. 115. & subsistit vbi quidem praesentans erat in possessione ipsa praesentandi, alioquin si credens se esse patronum nominaret institutum, ac subsequeretur institutio, sine dubio remoueretur talis institutus, quoties succumberet in patronatu, vel ex hoc text. colligitur, cuius prima pars vindicatur sibi locum, quamvis post institutionem appareat non esse patronatum, sed ad meram Episcopi collationem, quia institutus continuaret, hoc non obstante, suam possessionem vita durante, ex eodem Menoch. d. conf. 90. n. 128. sicuti & in casu contrario si per collationem fuerit prouisus de beneficio, quod deinde de iure patronatus esse appareat, Rot. decis. 14. sub hoc tit. in antiq. de quibus omnibus, aliisque multis, quae circa intellectum, & materiam huius text. considerari possunt, vide late Gutier. pract. lib. 3. q. 41. n. 49. cum multis seqq. & Cabed. de patronatibus Regie Coronae, c. 8. per totum, vbi n. 3. limitat conclusionem huius text. ne procedat quando lis super patronatu est cum Episcopo, qui Ecclesiam patronatam contulit absque patroni consensu intra tempus ei a iure datum, nam eniuncto patronatu a vero patrono Reator, cui Episcopus Ecclesiam contulit, remoueri debet, & ab illo institui praesentatus de nouo a vero patrono, & n. 7. pariter limitat quando ex parte praesentantis datur mala fides. Quando vero cum praesentatus a patronis putatur, videlicet existentibus in possessione praesentandi, concurret alius praesentatus a vero patrono, de cuius iure patronatus legitime constet, vel per confessionem aduersarii, vel per rem indicatam, vel per publicum instrumentum, tunc in concursu praesentendus est praesentatus a vero patrono, ut per Panorm. in presenti, n. 9. Butr. in cap. ex literis, n. 8. hoc tit. Dec. conf. 127. incip. Plura dubia, n. 1. & conf. 149. incip. In causa, n. 2. Lambert. lib. 2. part. 1. quest. 3. art. 6. num. 4. & seq. & art. 9. n. 2. Roch. verbo competens, quest. 19. num. 45. Paul. de Citadin. p. 6. art. 3. n. 16. refert, & sequitur Rot. apud Farin. decis. 376. num. 9. part. 2. recent. vbi plures alias decisiones concordantes refert.

Notari etiam solet text. hic ad hoc, quod communis error cum possessione sufficit absque titulo collato a superiore, de quo vide Rebuff. in l. Barbarius, n. 8. ff. de offic. Praetor. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 22. num. 48.

Inspatronatus Ecclesia possid. bar. ] Notatur ad hoc, quod existens in quasi possessione iurispatronatus, seu praesentandi valide praesentat, & eius praesentatio admittenda est, ac prouideat institutio sequi debet, de quo vide gloss. 1. Innoc. & Butr. num. 1. Anchar. n. 1. & 5. & alios in presenti, Roch. verbo competens, q. 14. n. 28. & quest. 22. n. 44. Rip. in cap. cum Ecclesia, n. 130. de causa possid. Lambert. lib. 1. p. 1. q. 3. art. 1. ex num. 1. Verat.



Verall. *decis.* 69. p. 1. Seraphin. *decis.* 1381. n. 4. Vin. in *praxi iurispatron.* lib. 5. c. 4. à princ. in nouiss. impress. Oldrad. *conf.* 312. incip. *thema questionis.* num. 2. Duen. *reg.* 232. Conar. *pract.* c. 14. num. 2. *vers. tertium.* & c. 36. num. 5. *vers. quinto.* col. 2. Nauar. *conf.* 19. sub tit. de *prebend.* in antiq. Mantie. *decis.* 86. n. 1. Mascard. de *probat.* concl. 173. n. 5. Spin. in *speculo testam. gloss.* 2. num. 25. Rot. apud Farin. *decis.* 224. num. p. 1. recent. Zerol. in *praxi Episcop.* part. 1. verbo *iurispatronatus.* §. 16. & in hoc Rot. *decis.* 376. num. 3. apud Farin. part. 2. recent. conclusionem firmat quod quando iurispatronatus non reuocatur in dubium ad validitatem presentationis, & ad effectum ut presentatus instituitur, attenditur quasi possessio, itavt presentatus ab existente in quasi possessione presentandi debeat institui, nec semel canonicè institutus est amovendus; quando verò constat de proprietate, non attenditur quasi possessio, quæ aliàs semper inspicitur ad effectum validitatis presentationis, ead. Rot. apud eundem *decis.* 187. n. 1. *prope finem.* p. 1. recentior.

Presentatus ab existente in possessione presentandi etiam quod nullum delegatur ius possessoris, non debet amoveri, Rot. *decis.* 374. num. 3. p. 1. recent. & in *Ferrarien. Archiepiscop.* 16. Junij 1618. coram R. D. meo Coccino Decano. Ad acquirendam verò possessionem iurispatronatus plura requiruntur, & primo quod ille qui vult presentare, presentaverit bona fide. Secundò quod presentatio fuerit admissa. Tertio quod institutus fuerit habitus tantquam Rector in possessione Rectorie. Quarto quod presentans credat uti iure suo. Quintò quod ille in cuius præiudicium possessio quaeritur, hoc sciat & patitur, colliguntur hæc ex Calder. *conf.* 12. de *iurisparr.* Roch. in *tract. de iurispatron.* verbo *competens.* q. 14. à n. 35. Lambert. in *simili tract.* lib. 2. p. 1. q. 3. art. 10. in *vers.* aut verò, Rot. in d. *Ferrarien. Archiepiscop.* Illud advertere oportet quod hæc quasi possessio presentandi non transit in heredes presentantium sine nova apprehensione, Achil. *decis.* 5. de *causa possess.* Caputaq. *decis.* 135. & 420. p. 2. Rot. *decis.* 150. n. 2. & *decis.* 260. n. 4. & *decis.* 337. n. 3. p. 2. recent. Mantie. *decis.* 88. n. 5. Rot. in *Lucana Parochialis* Februarij 1620. coram bone mem. Vbaldo.

Intellige supradictam conclusionem, quæ habet presentationem factam à possessore tantum iurispatronatus validam esse, ut procedat in quasi possessore bonæ fidei, nam cum stante presentatione valida, & sequuta institutione presentatus non sit remouendus, & presentatio facta per quasi possessorem bonæ fidei valeat, est enim fructus iuris presentandi, qualem bonæ fidei possessor percipere potest, ut probat text. in l. *bonæ fidei.* ff. de *acquir. rerum domin.* quia interitum dum contrarium non constat, talis possessor ipsius rei dominus à lege præsumitur l. *ult.* c. de *rei vendic.* non sic dicendum in possessore malæ fidei, l. *si fundum.* c. de *rei vendic.* l. *si navis.* ff. *illo tit. l. qui scit.* ff. de *usur.* rectè fit ut text. procedat in quasi possessore bonæ fidei iuris presentandi. Sic sanè si aliquis incontinenti probare velit se esse verum patronum, adhuc presentatus à possessore bonæ fidei renovandus non est, ut tradit Felin. in *tract. quando litera Apostolica.* l. *imit.* 9. Sic similiter prævalet presentatus ab illo, qui ultimo loco antea presentavit, etiam si alius probet se esse verum patronum, & excepta illa ultima presentatione semper prævalisse, provt in specie tradunt Abb. in c. 2. de *Relig. domibus.* Lambertin. lib. 2. part. 1. *quest.* 3. art. 1. testatur communem, & receptam sententiam Rip. in d. *cap. cum Ecclesia.* n. 52. de *caus. possess.* Cou. in *reg. possessor.* p. 2. in princ. n. 6.

Non obstat cap. *cum olim.* de *causa possess.* quia respondetur causam Episcopi conferentis, de qua ibi, iuris præsumptione fuisse destitutam, liquidem attento iure communi collatio digni non ad solum Episcopum, provt ipse inibi intendebat, sed insimul ad Canonicos spectat, iuxta text. in *cap. nouit.* de *ys.* quæ sunt à *Pralatis.* communis vt per Abb. per text. ibi, in *cap. cum Ecclesia Viterana.* n. 9. de *elect.* Selu. de *benefic.* p. 2. q. 22. n. 11. Ac subinde cum Episcopus de quo ibi, haberet causam sic odiosam, & à iure communi exorbitantem, oportuit in illo text. ostendere non nudam possessionem, provt in nostro text. sufficit, sed corroboratam debitis circumstantiis ad validitatem collationis per ipsum factæ, provt ille text. requirit, ne aliàs mala fides præsumeretur, iuxta *reg. qui contra* 82. lib. 6. Nec etiam obstat text. in *cap. ea noscitur* 6. de *his.* quæ sunt à *Pralatis.* satisfic enim si dicas in illo text. requiri consuetudinem antiquam, non quidem ad validitatem presentationis factæ per Abbatem ius presentandi possidentem, sed ut ius presentandi eidem legitimè competere excluso capitulo Monasterij de quo ibi, ne ad iudicium proprietatis circa idem iurispatronatus amplius admitteretur, provt etiam requiritur in *cap. querelam.* de *elect.* vt in specie aduertit Rip. in *rubr. de iudic.* n. 64. vt autem semel facta presentatio teneat in illis iuribus satis sufficiebat possessio cum bona fide, iuxta *supra* resoluta. Vel rursus dicendum est propterea ibi non valere presentationem, quia attento iure non præsumebatur facta cum bona fide, propter resistentiam iuris communis dicentis negotia Monasterij cum consilio, & assensu monachorum esse tractanda, iuxta text. in c. 2. de *his.* quæ sunt à *Pralatis.* resoluunt Mench. de *success.* *resol.* §. 6. Sarmient. de *restitut.* p. 1. c. 3. ac proinde dum prædicta presentatio alio adminiculo non iuuatur, valere non poterat nisi ex antiqua consuetudine, vel privilegio Abbas solus id haberet, ad quod alludunt verba text. ibi, *sine quo non obinet firmitatem.* Nec denique refragatur text. in l. *fructus* 55. ff. de *usuris.* ubi videtur probati bonæ fidei possessorem cum effectu non posse percipere fructus naturales, liquidem responderetur presentationem, de qua agimus non esse fructum naturalem iuris presentandi, sed reduci ad fructum industrialem, eo quod cum idoneus debeat presentari, omnis industria in presentando requiritur, aduertit in specie Butt. n. 8. Innoc. n. 1. & alij in *presenti.* Lambertin. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 3. n. 5.

Notatur etiam ad hoc, quod iurispatronatus possessio acquiritur etiam ex vnica presentatione sequuta institutione, itavt ille patronus, qui ultimo loco presentavit, dicatur esse in possessione presentandi, vt per Gabr. *conf.* 196. n. 7. vol. 2. Caputaq. *decis.* 69. p. 1. & *decis.* 132. & *decis.* 337. p. 2. Fichard. *com. 1. com. mun. opin. tit.* 4. n. 3. pag. 167. Pute. *decis.* 189. & 192. p. 1. in *antiq.* & *decis.* 120. num. 3. & *decis.* 251. part. 2. & *decis.* 136. num. 3. lib. 3. Verall. *decis.* 337. num. 3. & *decis.* 338. & *decis.* 339. num. 1. p. 2. Stephan. Gratian. *discept. forens.* c. 577. num. 20. Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell.* *gloss.* 18. num. 86. & *gloss.* 45. §. 2. num. 29. Nicol. Garc. de *benefic.* part. 5. c. 5. num. 56. Vinian. in *praxi iurispatron.* lib. 5. c. 4. num. 29. in *noviss. impress.* Thom. Trinif. *Venetia.* *decis.* 54. n. 1. cum *segg.* lib. 4. Lambertin. in *tract.* huius *tit.* lib. 2. p. 1. q. 1. princ. art. 4. num. 10. Mascard. de *probationibus.* concl. 173. num. 8. & 9. & concl. 956. num. 1. cum *segg.* Ioan. Andr. de *expensis.* c. 9. num. 47. Mar. Antonin. *variæ resol.* lib. 1. *resol.* 55. n. 10. Guier. *conf.* 3. num. 1. & *conf.* 4. num. 32. Flamin. de *resignat.* *benefic.* lib. 7. q. 29. num. 8. Zerol. in *praxi Episc. d.* verbo *iurispatronatus.* pag. mihi 180. Menoch. *conf.* 90. num. 117. Rot. *decis.* 174. n. 1. apud Farin. p. 2. recentior.

RBOSA  
Ius Can.

203  
GVI



vbi n. 2. quod requiritur scientia, & patientia aduersarij. Gonzal. d. gloss. 47. §. 1. n. 6. & a. n. 30. refert septem requisita necessaria, vt hæc quasi possessio vnico actu acquiratur, de quibus egi supra ad cap. querelam 24. n. 14. cum seqq. de electione. Et quasi possessio conferendi beneficium per vnicam collationem effectuatam acquiratur, Rota decif. 423. num. 1. p. 2. recent.

7 Notatur denique ad hoc, quod vltimus status in beneficalibus consideratur ad effectum validitatis collationis, Ferret. conf. 132. n. 10. & seq. Bald. conf. 437. n. 1. lib. 1. Gonzal. ad reg. 3. Cancell. gloss. 5. §. 2. n. 14. & §. 3. n. 8. & gloss. 4. §. 2. n. 14. Rot. apud Farin. dec. 315. n. 2. p. 2. recent. vbi quod vltimus status beneficij non prodest ex promotione, quæ non habuit effectum, ead. Rot. apud Farin. decif. 474. n. 9. p. 1. recent. nisi constet de contrario statu legitimo præcedente, tunc enim non attenditur vltimus status, nisi probetur legitime præscriptus, ead. Rot. apud eund. decif. 188. n. 1. p. 1. recent. ead. Rot. decif. 229. n. 1. suprapositam resolutionem intelligit cum igitur de pertinentia collationis, quando verò agitur de statu beneficij, tunc vltimus status attenditur nisi constet de contrario, aut diuerso statu anteriori: & generaliter in quacunque materia vltimum rei statum esse considerandum tenet Grammat. decif. 67. n. 6. Mascard. de probat. concl. 173. num. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. n. 39. Parlad. lib. 2. rerum quotid. c. 5. n. 19. Amplia quod licet text. in presenti loquatur in presentatione, tamen habet etiam locum in quasi possessione conferendi, Bald. conf. 437. n. 1. lib. 2. Rot. apud Farin. decif. 303. n. 6. p. 1. recent. Et beneficium an sit de iurisdictione, an verò eius collatio spectet ad Papam, vel ad Episcopum attenditur vltimus status, ead. Rot. apud eund. dec. 523. p. 2. recent. Et denique vltimus status beneficij quando attenditur in beneficalibus eleganter explicatur in decif. 717. d. p. 2. recent.

8 In gloss. Possidebat, ibi, bona fide. Notatur ad hoc, quod præsentans à male fidei possessore amoneri debet, vt per Greg. l. 9. verbo iunisse, tit. 1 §. 1. Menoch. conf. 80. n. 116. Et promissus à possessore bonæ fidei præfertur promissus à proprietario, illoque, cui ius conferendi competit, Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 344.

## CAP. Suggestum. XX.

1 C oncessio secunda facta alteri Ecclesie per Episcopum & patronum, valet non obstante priori facta per patronum solum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Buttr. Host. Anch. Panorm. Henric. Canif. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 377. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 511. remissum Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 25. & est post Concil. Lateran. p. 15. c. 23.

2 Collige ex text. consensum patroni exigi, vt Ecclesiam, quæ iurisdictionis est, valeat Episcopus vnire, vt per Anch. in cap. sicut vnire, de excessib. Prelat. n. 5. vbi Marian. Socin. art. 9. concl. 8. n. 98. Dec. conf. 173. n. 5. Stephan. Bertrand. conf. 73. col. 4. Boër. decif. 345. n. 4. Lambert. in tract. huius tit. lib. 3. q. 6. art. 2. Roch. in simili tract. verbo honorificum, n. 8. Couar. pract. c. 6. n. 11. Rebuff. in praxi benef. reg. 21. Cancell. de vnion. gloss. 11. n. 6. Nauar. conf. 3. n. 2. sub hoc tit. in antiq. Hoied. de incompatib. benef. p. 2. c. 3. n. 9. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 4. n. 11. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 28. q. 12. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 168. Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 477.

Aut eius assensus fuerit postea subsecutus. Ergo 3 consensus Episcopi in translatione, vel donatione iurisdictionis potest interuenire ex postfacto, de quo plures citati Doctores ad cap. cura 11. num. 1. sup. hoc tit.

In gloss. Quamvis posterius. Notatur ad hoc, quod 4 quando priores littere sunt irritæ, non est necessaria illorum mentio in posterioribus, vt per Rebuff. tom. 2. ad leges Gallie, in præfat. n. 95. Mascard. de probat. conclus. 846. n. 2. cum seqq. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 22. n. 21. Cened. ad Decret. collect. 53. n. 4. in fine.

## SUMMARIUM.

- 1 Suspendus est ab officio, & beneficio, qui monitus non dimittit Ecclesiam sine consensu Episcopi sibi concessam.
- 2 Patrono non licet aliquem cuiusvis privilegij prætenu ad beneficia iurisdictionis presentare, nisi coram Ordinario loci ad quem promissio, seu institutio de iure pertineret, alias presentatio, & institutio forsan sequente nulla sunt.
- 3 Excommunicationis pena ipso facto est imposita contra quoscunque indebitè usurpantes bona Ecclesiarum.
- 4 Verba, sub anathematis interminatione prohibere curetis, sententiam ferendam continent.
- 5 Sacriligium committentes sunt per Ecclesiam iudicandi.
- 6 Delicti ratione in se, vel bona commissi si qui aliquem conueniat civiliter, non tamen potest per eum reconueniri nec civiliter, nec criminaliter.

## CAP. Relatum. XXI.

Clericus, qui obtinuit beneficium, vel Ecclesiam sine consensu Episcopi, monitus illud non resignat, ab officio, & beneficio per Ordinarium suspendi potest. Item prohibetur sub pena excommunicationis ne laici spoliarent Ecclesias suis bonis, & si contemnunt, excommunicari debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Buttr. Anan. Host. Henric. Anchar. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 377. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 511. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 27. & est post Concil. Lateran. p. 50. cap. 33.

Decisio huius text. innovatur per Concil. Trident. sess. 14. de reformat. c. 13. vbi sic habetur: Non liceat propterea patrono cuiusvis privilegij prætenu aliquem ad beneficia sui iurisdictionis, nisi Episcopo loci Ordinatio, ad quem promissio, seu institutio ipsius beneficij, cessante privilegio, iure pertineret, quoquomodo presentare, aliàs presentatio, ac institutio forsan sequente nulla sint, & esse intelligatur, de quo vide Armend. in addit. ad recap. legum Nauarra. fol. 178. n. 63.

Laici Ecclesias possessionibus spoliant, &c. Contra 3 quoscunque indebitè usurpantes Ecclesiarum bona, excommunicationis pena ipso facto est imposita per Concil. Trident. sess. 12. de reformat. c. 11. de quo vide Villagut. de rebus Ecclesie restit. lib. 2. cap. 2. num. 1. cum seqq. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 9. c. 27. quæst. 7. in med. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo bona, Soar. tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 6. n. 22. Sayr. in simili tract. lib. 3. c. 31. n. 16. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. q. 2. n. 2. &



# De Iure patronatus, Tit. XXXVIII. 361

& prædicta Conciliarem dispositionem in d. c. 11. comprehendere etiam Rectores priorum locorum cedentes arbores frugiferas, si in proprios usus illas conuertant, asserit per S. Cardinalium Congreg. decifum Galet. in margarita casuum conscientia, verbo bona, pag. 27.

Sub anathematis interminatione prohibere curetis. ] Hæc verba sententiam ferendam continere referunt Titaeque in l. si unquam, verbo reuertatur, à num. 254. Sayras in clau Regia, lib. 3. c. 8. num. 39. in princip. vide alios Doctores citatos ad c. cum effes 10. num. ult. de testament.

In gloss. Coram seculari ibi, sed nonne committunt illi sacrilegium, qui taliter spoliant Ecclesias, ergo sunt per Ecclesiam indicandi. Vide quæ dixi ad c. 2. n. 11. cum seqq. infra de priuileg.

In ead gloss. ibi, est ergo, &c. ] Notatur ad hoc, quod si quis ratione delicti in se, vel bona commissi aliquem conueniat ciuilitur, non tamen poterit per eum reconueniri, nec ciuilitur, nec criminaliter, vt per D. Barbof. in l. 2. §. legatis, n. 23. ff. de iudic.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Iurispatronatus questio si inter patronos existit, & vacante Ecclesia lis intra sex menses non terminatur, Episcopus de persona idonea ordinare debet.
- 2 Tempus datum à iure patronis ad præsentandum currit à die scientia notæ vacationis.
- 3 Patronus non potest præsentare lite pendente super iurispatronatus.
- 4 Patronus non potest durante lite inter duos præsentatos alium tertium præsentare sine vitio attentati.
- 5 Patroni non possunt pendente lite inter alios præsentatos alium in locum vnius præsentati mortui præsentare.
- 6 Episcopus æconomum constituere debet in Ecclesia si lis fuerit inter patronum, & Episcopum, nisi Episcopus esset in quasi possessione prouidendi, quia tunc posset ac deberet statim prouidere.

## C A P. Eam te. XXII.

1 Si inter patronos est lis de patronatu, & intra sex menses à tempore vacationis non terminatur, libere potest Episcopus sine præsentatione ibidem instituere Rectorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anan. Butr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Henric. Canis. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 378. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 511. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 1. sub tit. de arate, & qualiter. c. 5.

Postquam vacauerit. ] Ergo à die vacationis etiam ignoratæ currit tempus datum à iure patronis ad præsentandum, vt tenaciter per hunc text. defendere nititur Flores de Mena var. quest. lib. 1. q. 3. n. 23. Sed in contrarium est communis Doctorum resolutio, quos citauit de officio, & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 72. n. 1. & censuit Rota decif. 173. n. 1. apud Farin. p. 2. recent. vbi etiam quod probatio scientiæ, debet esse vera, & concludens, itavt præsumptiua non sufficiat.

Non fuerit controversia terminata. &c. ] Notatur ad hoc, quod dum pendet lis super iurispatronatus, patronus ipsa lite pendente non potest præsentare, vt per Gregor. l. 9. verbo siendo, tit. 15. p. 1. Flamin. de Barbof. Collect. Tom. II.

resignat. benefico. lib. 2. q. 3. n. 11. Zerol. in prax. Episcop. p. 1. verbo iurispatronatus, §. 5. intellige cum Campanil. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. c. 13. n. 486. & vide dicta infra ad c. cum propter 27. hoc tit. Vnde non possent patronos durante lite inter duos præsentatos alium tertium præsentare sine vitio attentati, Garc. de benefico. p. 5. c. 9. n. 217. Conarr. pract. quest. c. 37. n. 7. vers. quam rationem, Lancelot. de attent. c. 4. in præf. n. 668. Seraphin. decif. 990. n. 6. cum seqq. & censuit Rot. apud Farin. decif. 504. n. 2. p. 1. recent. vbi citat Sarnen. super reg. de subrogandis. q. 13. & Lap. alleg. 22. Sic eodem modo patroni non possunt pendente lite inter alios præsentatos alium in locum vnius præsentati mortui præsentare, Calder. cons. 1. sub hoc tit. Lap. d. alleg. 22. n. 3. Castad. decif. 3. n. 5. vt lite pendente, Rot. apud Farin. decif. 306. n. 2. p. 2. recent.

In gloss. Sex menses, vlt. ibi, si verò contentio sit inter Episcopum, & patronum, &c. ] Notatur ad hoc, quod si inter patronum, & Episcopum sit lis, tunc Episcopus ipse æconomum constituere debet, vt per Zab. in Clement. plures, §. fin. sub n. 1. hoc tit. Campan. d. n. 486. vbi cum Spin. in speculo restant. gloss. 4. princ. sub n. 24. declarat vñ notoriè constare non esse beneficium de iurispatronatus, & Episcopus reperiretur in quasi possessione prouidendi, quia tunc posset, ac deberet statim prouidere.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Patronus iurispatronatus propria auctoritate alienare non potest, nec ab Ecclesia aliquid temporale exigere, nisi tempore fundationis à Diocesano illud fuerit sibi reservatum.
- 2 Concilij Tridentini decreta referuntur.
- 3 Patronus capiens aliquid de bonis Ecclesie sui iurispatronatus sine per se, sine per suppositas personas, iurispatronatus ipso iure priuatus est, & incurrit excommunicationem cum reservatione.
- 4 Patrono non prohibetur de bonis Ecclesie sui iurispatronatus ius aliquid in fundatione accedente Episcopi placito adiectum exigere.
- 5 Patronus non vetatur Ecclesiam illiusque intrare.
- 6 Patroni an & quando possint bona beneficiorum sui iurispatronatus locare, ostenduntur.
- 7 Excommunicationis & interdicti pœna, ac priuationis ipso iure comminata in Conc. Trid. sess. 2. de reformation. c. 9. an comprehendat tam vendentes, & transferentes iurispatronatus, quam etiam se ingerentes in illius fructuum perceptione, ostenduntur.
- 8 Donatio est Contractus.

## C A P. Præterea. ij. XXIII.

Patroni, vicedomini, custodes, guardiani non possunt propria auctoritate alienare iurispatronatus, nec granare Ecclesiam, aut aliquid exigere nisi antiquos redditus moderatos, quos Episcopi in fundatione instituerunt, & hoc sub pœna excommunicationis, & contractus alienationis factus est nullus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anan. Host. Butr. Henric. Anchar. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 378. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 512. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 33. c. 29. & extat integra clausula collect. 1. lib. 3. sub tit. de heretic. c. 11. & est pars c. ad abolendam, illo tit.

Agitur in præsent. de patronis, seu vicedominis

H h

contra

RBOSA  
Ius Can

233  
GVI



contractus super rebus sui iurispatronatus facientibus, ab Ecclesiis que ipsi albegarias, regiam, & similia extorquentibus, ac aliqua exigentibus ab institutis à locorum Ordinariis, ita ut sic exigentes excommunicationi subdantur, & contractus ab eis facti, vel in futurum faciendi nullius sint roboris, & momenti. Super quare Concil. Trident. tribus in locis agit, & in primis sess. 22. de reform. c. 11. post quam generalem prohibitionem fecit, ne quis bona Ecclesiarum in proprios usus convertere, illaque usurpare præsumeret sub pena excommunicationis, sicut tandem illum subiungere declarat, quandiu iurisdictiones, bonas, res, iura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione supposita personæ pertinerint, Ecclesiarum, eisdemque administratori, seu beneficiario integrè restituerit ac deinde à Romano Pontifici absolutionem obtinuerit, ita subiungit. Quod si eiusdem Ecclesiarum patronus fuerit etiam iurispatronatus, ultra prædictas penas, eo ipso priuatus existat. Secundo vero loco sess. 24. de reformat. c. 3. sic facit: Patroni vero in his, que ad Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere, atque visitationi ornamentorum Ecclesiarum, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat. Tertio denique loco sess. 25. de reformat. c. 9. sequentibus vitur verbis: Patroni autem beneficiorum cuiuscunque Ordinis, & dignitatis, etiam si communitates, vniuersitates, Collegia quæcunque clericorum, vel aliorum existant, in perceptione fructuum, proventuum, obventionum quoruncunque beneficiorum, etiam si, verè de iurispatronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione esset, nullatenus, nullaque causa vel occasione se ingerant sed illos liberos Rectori, seu beneficiario, non obstanto etiam quacunque consuetudine, distribuendos dimittant. Nec dictum iurispatronatus vendere, aut alio quocunque titulo in alias contra Canonicas Sanctiones transferre præsumant, si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti penis subiciantur, & dicto iurispatronatus ipso iure priuati existant.

3 Super primo Concil. Trid. decreto in d. c. 11. refert Galet. in margarita casuum conscientis, verbo iurispatron. per patronum ipso iure capientem aliquid de bonis Ecclesiarum sui iurispatronatus, siue per se, siue per suppositas personas, iurispatronatus priuatum esse, & incurrere excommunicationem cum reservatione.

4 Super secundo Concil. Trid. decreto d. c. 1. in illis verbis, ibi, nisi quatenus id eis, &c. aduertendum duxi per hanc conciliarem dispensationem non vetari ius aliquod in fundatione Episcopi accedente placito adiectum exigere, quod text. in presenti probat, ibi, præter antiquos, & moderatos redditus, ubi gloss. verbo à locorum, vsuque passim obuentum vidimus in cereo præstando in die Purificationis, aut altero quouis subsidio iuxta decisionem Rotalem 1245. lib. 3. p. 2. diuers. quamvis illius vigore minimè censeri verificationem patronum probat eadem decisio; nobilioris item loci, & sedis præminentiarum tum in Ecclesia, tum in processioniibus, quin & anterioritatis in habenda pace, aliisque consimilibus actibus competere illi, aut alteri cuiunque posse, decidit Rot. apud Mant. decis. 244. n. 1.

5 Circa tertium Conc. Trid. decretum in d. c. 9. pro declaratione relatorum verborum vide Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 21. n. 31. Spin. in speculo testam. gloss. 4. princ. n. 91. Viuian. in praxi iurispatron. p. 3. lib. 1. c. 3. cuius decreti intuitu non vetatur patronus ipse Ecclesiam, illiusque iura tueri, ut tenent Hostiens. Abb. & alij in c. cum vos, de officio Ordin. & periclitari ne à beneficiario dilapidentur, quia & ad id iure compellitur, Roch. in tract. huius tit. verbo onerosum, n. 3. Lamber. in simili tract. lib. 3. q. 2. princ. art. 5. immo, & ius habere

illum accufandi in hoc delinquentem iidem scribunt memorati Auctores, nec non renouandi alienationem perperam, & indebitè factam opinatur idem Roch. verbo honorificum, sub n. 10.

Utum autem prohibitio prædicti decreti Concilij extendatur ad locationem, ac proinde valeant iidem patroni bona beneficiorum sui iurispatronatus locare? quæstio dubia est, in qua hoc casu procedere ad ductum Concilij locum in d. c. 9. defendit Canalean. Finiz. decis. 27. n. 60. p. 2. quin & locatio si præcesserit acquisitionem, illa finita confirmari nequeat, addit idem Canalean. decis. 76 sine 32. n. 31 p. 2. ita quod non procuratores, ac Syndici deputandi sint ex illiusmet sententia decis. 87. vol. 11. n. 106. p. 3. vbi citat Hugon. Cell. conf. 27. n. 10. & Maiol. de irregular lib. 5. c. 28. n. 3. Sed contrarium non est improbabile, quod & insinuare videbatur quædam Congregationis eiusdem Concilij declaratio, quam typis datam vidi, quia Concilij vitur verbo, ingerant, quod illegitimum supponit modum, titulus vero locationis legitimus insinuat.

Inquirendum in presenti non abs re videbatur, an pena excommunicationis, & interdicti, & priuationis ipso iure comminata in Concil. d. c. 9. comprehendat tam vendentes, & transferentes iurispatronatus, quam etiam se ingerentes in illius fructuum perceptione, &c. Ratio dubitandi est, quia cum Concil. distinguat duos casus, vnum de ingerentibus se in perceptione fructuum, &c. in quo iubet vt illos liberos Rectori dimittant, cuius ob causam ius commune non statuerat priuationem iurispatronatus, alterum de vendentibus, & transferentibus ipsum iurispatronatus, in quo penam excommunicationis, & interdicti, ac amissionis iurispatronatus imponit, ideo dubitatum fuit apud Illustriss. Patres Concil. Trid. interpretes, an pena appositæ in d. c. 9. comprehendat tam ingerentes se in perceptione fructuum iurispatronatus, quam illud vendentes, & transferentes, & Sacra Congregatio censuit sub die 4. Augusti 1588. penam hanc comprehendere nedum causam immediate præcedentem, verum etiam superiorem, videlicet ingerentes se in fructibus beneficiorum.

Contractus quoque huiusmodi, &c. Ergo donatio est contractus, de quo vide Tiraq. de iure mariti, gl. 5. n. 28. Cardol. in praxi iudicium, verbo donatio, n. 2. Card. Mant. de tacitis, & ambig. conuen. lib. 1. tit. 8. n. 3.

## S Y M M A R I U M.

- 1 Episcopo datur gratificatio in pluribus successiue præsentatis à patrono laico, sed in presentatis à persona Ecclesiastica prior est primo instituentis.
- 2 Patronus laicus, qui semel præsentauit, potest variare ante institutionem Episcopi, & alium successiue cumulando semel tantum præsentare, secus vero in Ecclesiastico.
- 3 Lite pendente inter presentatos non potest patronus laicus variare.
- 4 Iurans patronus non variare, nec cumulare in præsentatione beneficii iurispatronatus, tunc non potest per viam cumulationis, vel variationis aliam præsentare.
- 5 Patrono laico variare non licet si à priori præsentatione prius recedendo alterum nominaret.
- 7 Prior qui est tempore, prior est iure.
- 8 Gratificationis locus est ubicunque inter plures cumulatim præsentatos ad idem beneficium omnia paria esse constat.



<sup>1</sup> Patronus laicus si præsentet plures successivè idoneos, non excludens primum, Episcopus potest eligere quem vult ex præsentatis, & sic datur locus gratificationi. Si verò præsentatus successivè est persona Ecclesiastica, & collegium, tunc primus est instituendus, quia in hoc casu qui prior est tempore, potior est iure. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anan. Butr. Host. Henric. Anch. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 379. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 512. & vol. 4. repet. de iure Canon. ad lib. 3. Decret. Ioan. Crot. remissivè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 33. c. 30. & est post Concil. Lateran. p. 1. §. c. 8.

<sup>2</sup> Collige ex text. laicum patronum, qui semel præsentavit, posse variare ante institutionem Episcopi, & alium successivè accumulando præsentare, non verò Ecclesiasticum, ut per Roch. in tract. huius tit. verbo honorificum, q. 9. cum seq. Gregor. l. 6. tit. 15. p. 1. Lambertin. p. 2. lib. 2. q. 7. art. 22. Gutier. de iuram. confirm. p. 3. c. 13. Flamin. de resign. benef. lib. 1. q. 23. n. 13. Spin. in speculo testam. gloss. 4. princ. a. n. 73. Cenal. commun. contra commun. q. 265. & q. 695. Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 9. n. 11. cum seq. Cavalecan. decis. 10. n. 61. p. 1. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 156. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 30. tract. 3. n. 22. Viu. in praxi iuris patron. p. 2. lib. 10. c. 1. quorum plures refero ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 72. n. 151. Campan. in diversorio iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 440. Quæ quidem variatio patronis laicis semel tantum, & cumulativè, non autem privativè censetur permittitur, Roch. d. verbo honorificum, q. 10. Franc. Marc. decis. 478. post n. 6. p. 1. Lambertin. d. q. 7. art. 22. post n. 6. Navar. in cap. placuit, de panit. dist. 6. n. 167. & 17. Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone, in reg. n. 25. ff. de verbor. signif. Cald. Pereira de potestate eligend. c. 3. n. 10. Nicol. Garc. d. c. 9. n. 215. Campanil. d. n. 440. vbi num. segg. resoluit quod nihil addatur de variatione, aut cumulatione, & alter simpliciter præsentetur, tunc presumendum est cumulativè, præsertim cum censeri debeat uti voluisse facultate à iure sibi concessa variandi, & citat Lambertin. d. art. 22. n. 7. & Gutier. d. c. 13. n. 5.

<sup>3</sup> Limita supradictam resolutionem lite pendente inter præsentatos, tunc enim non posse patronum laicum variare, resoluunt Roch. d. verbo honorificum, q. 23. Couar. præf. c. 3. n. 7. versic. tertio quandoque, Lancel. de attent. c. 4. in præf. a. n. 560. seu 659. Nicol. Garc. d. c. 9. n. 217. nam quicquid dicat Lambertin. p. 1. lib. 2. q. 6. art. 12. c. 1. ut lite pendente, lib. 6. habet locum in præsentatione, ut ponderant Garc. loco proxime citato, & Campanil. d. c. 13. n. 456. & censuit Rot. in Bracharen. parochialis de Moreira 13. Iunij 1605. coram Ortemberg, vbi citantur Calderin. conf. 1. ut lite pendente Cassad. decis. 6. n. 2. sub cod. tit. Crescent. decis. 10. sub hoc tit. Aym. conf. 63. n. 3. versic. ex quibus.

<sup>4</sup> Unde non posse patronum lite pendente super titulo beneficii etiam accumulando colligantem præsentare, quando per illam præsentationem datur occasio litigandi, & aperitur via ne lis finiatur, censuit Rot. apud Farin. decis. 216. n. 7. p. 1. recent. Limita etiam si dicens patronus prima vice præsentando iuravit non variare, nec cumulare, tunc enim non licet ei etiam per viam cumulationis, vel variationis alium nominare, ut multis probat Gutier. dist. c. 13. sub n. 13. versic. his tamen, ita quod nominandus reiciendus esset à superiore, qui secundò esset nominatus, & sine diff. Barbos. Collect. Tom. II.

facultate instituendus esset primus, per ea quæ Lambertin. lib. 2. c. 2. q. 7. art. 16. sub n. 4. quos refert Campan. dist. c. 23. n. 451. vbi n. 456. disputat si præsentatus mori contingat, utrumve præsentans valeat alium nominare.

Ut autem patronus, qui nominavit indignum, possit alium postea loco illius nominare, non abs re erit inquirendum, & in primis respectu patroni Ecclesiastici non est dubium minime posse, privatus est enim pro illa vice iure præsentandi, & ad proximum superiorem devoluitur provisio, ut tenent Doctores citati ad cap. cum vos 4. n. 5. de officio Ordin. Quo verò ad patronum laicum diversæ sunt Doctorum sententiæ, nam aliqui tenent patronum laicum indignum nominantem pro illa vice iure præsentandi esse privatum, ac proinde etiam hoc casu provisionem ad proximum superiorem devolvi, ex quorum numero sunt Host. in d. cap. cum vos, sub num. 2. Barbat. consil. 33. sub num. 12. volum. 1. Gutier. d. c. 13. num. 10. & alij relati à Cenall. commun. contra communes, quest. 659. versic. sed contrarium, sub num. 4. Alij verò rectius existimant non privari, sed licere patrono infra quatuor menses variare, talique elapso tempore non amplius posse, cuius sententiæ fuerunt in d. cap. cum vos, Ioan. Andr. sub n. 12. Butr. n. 4. Imol. n. 3. Abb. n. 1. & 5. sequitur etiam Franc. Marc. Delphin. decis. 1157. p. 1. & Perez, quem refero in d. cap. cum vos, n. 2.

Eo non refutato.] Ergo patrono laico variare non licet si à priori præsentatione profus recedendo alterum nominaret, esset enim sine dubio nullius validitatis hic secundus actus, ut per Rip. in rubric. de indic. num. 69. Lap. alleg. 78. post n. 6. Lambertin. p. 2. lib. 2. q. 7. princ. art. 22. post num. 6. Gutier. d. c. 12. num. 4.

Qui prior est tempore iure potior esse videtur.] De hoc iuris principio, vide Doctores citatos ad reg. qui prior 54. de regulis iuris, lib. 6. & in tract. Axiomatum iuris usus segg. Axiom. 188. n. 1. cum segg.

In gloss. Indicio Episcopi, 2. ibi, & sic est locus gratificationi, & c. Notatur ad hoc, quod ubique inter plures cumulativè præsentatos ad idem beneficium omnia paria esse constat, locus est gratificationi, ut per Roch. verbo honorificum, q. 15. n. 4. Lambertin. art. 1. q. 15. princ. p. 3. lib. 2. n. 8. Cæsar. de Grassis decis. 1. n. 9. sub hoc tit. Cavalecan. decis. 32. num. 6. p. 5. Mar. Antonin. variar. resol. lib. 1. resol. 104. n. 2. in fine, Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 17. n. 33. cum segg. & q. 18. num. 27. Sayr. in floribus decis. sub hoc tit. decis. 3. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 173. num. 2. Campanil. d. c. 13. num. 445. quorum plures refero ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 72. num. 199. vbi etiam quod quando duo æqualiter præsentati fuerint, unus à duobus patronis, & alius ab aliis duobus, si æqualia sint merita præsentatorum, habens instituire poterit optare, & quem voluerit instituire, & sic est locus gratificationi etiam in hoc casu, de quo etiam Mari. Antonin. var. resol. lib. 1. reg. 104. n. 2. Si vero reliqua non essent paria, gratificatio cessaret non obstante æqualitate vocum, quod ex Imola in Clement. plurim. n. 6. hoc tit. Lambertin. d. n. 8. Roch. d. verbo honorificum, sub n. 40. versic. sed bonus, tenet Campan. d. c. 14. num. 446.



## S V M M A R I V M.

1. Insuperatus ex constructione Ecclesie facta de consensu Episcopi acquiritur patronus non eligi Prælatum in Conventuali Ecclesia, sed in capella sic; patrono debetur processionis honor, & alimentatur ab Ecclesia si vergat ad inopiam.
2. Insuperatus acquiritur ex constructione Ecclesie facta de assensu Episcopi absque alia reservatione.
3. Insuperatus in Ecclesia Conventuali fundari non potest cum solo consensu Episcopi.
4. Insuperatus non potest habere laicus in Ecclesia Collegiata.
5. Collegiata Ecclesia quibus signis cognoscatur, remissive.
6. Patronus Ecclesie debet preferri in præeminentiis honorabilioris sedis, & dignioris loci.
7. Ecclesia alii patronum suum si extrema labores egestate, & an quando, & quomodo hæc alimenta præstari debeant, ostenditur.
8. Patronus ingratus non alitur ab Ecclesia.
9. Consensus Papæ non præsumitur intervenisse etiam per longum tempus in facultate Ecclesie super conditionibus appostitis in ipsa fundatione.
10. Insuperatus in Ecclesia Regulari, vel beneficio regulari ex sola fundatione, & dotatione sine particulari privilegio Apostolico non acquiritur.
11. Alimenta patrono præstantur secundum illius qualitatem.
12. Ecclesias construere dicitur opus pium, & religiosum.

## CAP. Nobis. XXV.

## Clem. III.

- P**ATRONUS efficitur solus ille qui de consensu Episcopi extruxit Ecclesiam. Et non potest interesse electioni faciendæ de Prælate Ecclesie, sed post electionem postulat eius assensus, nisi habeat specialem facultatem interessendi electioni, secus est in capella, quam tantum patronus eligit, & præsentat Episcopo. Item patrono datur honor possessionis, & si patronus vergat ad inopiam, Ecclesia succurrere debet illi modeste secundum iura. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Anan. Host. Butr. Henric. Boich. Anchar. Henric. Canis. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 380. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 512. remissive Casal. in annor. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 3. tit. 24. c. 2.
2. Cum assensu diocesani construxit, &c. ] Probat hic text. ex constructione Ecclesie facta de assensu Episcopi acquiritur insuperatus absque alia reservatione, ut per Roch. in tract. huius tit. verbo, & Ecclesiam fundavit, q. 8. n. 12. Lambertin. in simili tract. p. 1. lib. 1. q. 2. art. 3. & eod. lib. 1. p. 5. art. secundæ quest. princ. n. 12. Rot. decis. 167. n. 4. p. 2. diuersorum, & decis. 421. n. 2. apud Farin. p. 2. recentior. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo insuperatus, §. 2. Azor in iust. moral. p. 2. lib. 6. c. 19. q. 7. Viuian. in praxi insuperat. p. 1. lib. 1. c. 1. n. 24. Aloyf. Ricc. in praxi verum fari Ecclesiasticis, fol. 123. n. 2. & in collect. decis. p. 5. collect. 1646. Campanil. in diuersorio iuris Canonici, rub. 11. c. 2. n. 335. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. c. 9. n. 62. à n. 71. D. Ferrentil. in annor. ad decis. 1. Bnratti n. 14. lit. B. quorum plures refero ego ipse de officio, &

potestate Episcopi, p. 3. allegat. 70. n. 20. vbi n. 21. quod consensus sufficit si interueniat ex postfacto, & n. 23. quod præstandus est Ordinatio illius loci in quo fundatur Ecclesia, & n. 30. quod Ordinarij nomine in hac materia venit quilibet Prælati etiam inferior, dummodo habeat Episcopalem iurisdictionem, & n. 32. amplio ad Capitulum Sede vacante. Maslobr. in praxi habendi concursum, prelud. 7. dub. 6. secundum Romanam impress. vbi dub. 7. subdit quod dicere cessans potest compelli per superiorem si nolit consentire reiterationi insuperatus, immo quod potest ipse superior consentire si dicere cessans renuat sine causa. Adverte quod insuperatus non acquiritur ex constructione, seu dotatione necessariis, non voluntarie facta, Lambert. in tract. huius tit. p. 1. lib. 1. q. 4. princ. art. 7. Rot. decis. 167. n. 5. & 6. p. 2. diuers. & decis. 758. n. 2. p. 2. recent. & in Camerinen. pensionis 10. Decembris 1625. coram R. P. D. meo Pirouano. Verum autem ex reedificatione acquiritur insuperatus, vide quæ dixi ad c. 1. in gloss. verbo fundatores, supra hoc tit. An in altari iam constructo possit in abstracto fundari noua capellania, & in ea reueneri insuperatus? Affirmatiue respondet Roch. de inepatron in verbo & dotauit, q. 1. Lambertin. eod. tract. lib. 1. p. 1. q. 5. art. 1. 5. in princ. vers. nota tamen, & q. 6. art. 1. n. 30. vers. tu circa, & fuit dictum in Gronden. in insuperat. 22. Aprilis 1622. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Verum autem consensus Ordinarij ex lapsu temporis præsumatur, solet ab aliquibus in dubium reuocari, in quo communis obtinuit ex diuturnitate temporis, adificatione capelle cum insignibus, & armis, ac visitatione superioris, huiusmodi consensus præsumi, ut ex multis S. Rotæ decisionibus comprobauit de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 70. num. 22. quibus addo Cavalier. decis. 265. num. 5. & regulariter tempus triginta annorum necessarium esse ad præsentandum talem consensum firmavit Beltramin. ad Gregor. XV. decis. 42. num. 7. Verum hac re optimè considerauit Rot. in Segobien. Capellania 13. Ianuarij 1623. coram bonæ mem. Vbaldo, quod licet supradicta procedant in donatione insuperatus, in qua nullus potest considerari fauor Ecclesie, ac proinde requiratur spatium tanti temporis ad præsumendum talem consensum, tamen ubi agitur de præsumendo consensu in electione alicuius beneficii cum reservatione insuperatus, cum sit in fauorem Ecclesie, qui in eo versatur ne beneficium iam erectum supprimatur ob defectum talis consensus, non videtur requiri spatium tanti temporis, ac proinde videbatur sufficere decennium ex quo agitur de modico præiudicio, ex Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. num. 54. eo maxime, quia consensus Ordinarij potest interuenire ex postfacto, ut dixi ad cap. nullus, num. fin. hoc tit. & quia Ecclesia reperitur edificata interuenisse præsumitur, Menoch. lib. 6. præsumpt. 79. num. 3. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. c. 9. num. 73.

Ceterum in Conventuali Ecclesia, &c. Notatur ad hoc, quod insuperatus in Ecclesia Conventuali fundari non potest cum solo consensu Episcopi, sed est necessarium privilegium Apostolicum in limine foundationis, etiam ad effectum præsentationis, ut docent in præsentis, H. Itienf. col. 2. Roch. num. 16. & Abb. num. 9. Pute decis. 366. & 379. part. 2. Scraphin. decis. 1305. num. 5. & decis. 1353. n. 5. & decis. 1395. n. 2. Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 5. collect. 1486. Rot. in Albanen. Prioratus, coram Orano, & apud Farinac. decis. 33. num. 1. part. 2. recentior. vbi num. 1. pariter censuit insuperatus præsumi fundatum ex privilegio Apostolico, quando ultra temporis antiquitatem concurrat



# De Iure patronatus, Tit. XXXVIII. 365

concurrat obsequia praesentationum, cum declaratione, de qua ibi vide. *infra* n. 10.

Intellige si ius patronatus esset reservatum in tota Ecclesia, secus vero si fuit reservatum in Altari constructo, vel construendo de Ordine testatoris in dicta Ecclesia Regulari, quia tunc sufficit solum consensus Regularium, ut citato Paris. *consil.* 3. *n. 10. lib. 4. censuit* Rota in *Segobien. capellania* 26. *Februarii* 1625. coram bona mem. Vbaldo in *vers. non obstat* 2. refert Ferentil. *ubi supra* num. 17. *ubi n. 16.* post Seraph. *de consil.* 195. *n. 3.* ampliat decisionem text. etiam si Ecclesia esset conventualis habitu, non actu. Privilegium autem praedictum ex cursu temporis, & obsequia praesentatur interuenisse in limine foundationis, licet non sit enuntiatum, Abb. in *c. cura pastoralis*, n. 4. *hoc tit. Rot. decis.* 363. *num. 1.* & *decis.* 573. *num. 2. part. 4. divers.* Nisi ex facie instrumenti foundationis constaret adhibitum fuisse solum consensus Episcoporum, vel aliter Praelati Papa inferioris, Anton. Gabr. *commun. tit. de praesumpt. conclus.* 1. *n. 57. Rot. decis.* 53. *n. 2. p. 1. recent.*

4. Notatur etiam hic text. ad hoc, quod in Ecclesia Collegiata non potest laicus habere ius patronatus, ut per Perez. *l. 1. col. 1. vers. in Ecclesia, tit. 6. lib. 1. Ordinament. pag. 142.* *ubi etiam* refert, quod poterit habere quoad honores, & similia, & alia beneficia eiusdem Ecclesiae Collegialis, additque *pag. 146. col. 1.* hunc text. esse intelligendum in praesentatione Praelati, non autem in aliis de collegio, quorum praesentationem non potest habere laicus, quod etiam tenet Menochius *consil.* 90. *a. num. 37.* & inde infert idem Perez quod si Ecclesia patronata in Collegiata erigatur, patronus amittit ius patronatus, & amplius praesentare non potest, sed dumtaxat consensus electioni factae praestare. Et quod ius patronatus in Ecclesia conventuali ex constitutione acquiratur ad effectum praerogatiuarum, & ad omnes effectus excepto iure praesentandi, & nominandi, ex Lambertin. *lib. 1. p. 1. art. 7. undecima quest. princip. n. 5.* tradit Rot. coram Cardinal. Caualer. *decis.* 265. *num. 6. & 7.*

5. Quibus autem signis cognoscatur Ecclesia Collegiata, vide Mascard. *de probat. conclus.* 584. *per totam* Cardin. Mantica. *decis.* 107. *num. 9.* & *decis.* 175. *num. 1.* & *decis.* 215. *a. num. 1.* Rot. *decis.* 673. *apud* Farin. *part. 1. recent.* & *decis.* 315. *a. num. 3.* & 4. *decis.* 482. *num. 4. part. 2. recent.* vide late *infra* ad c. *postulasti* 30. *hoc tit. num. 5.*

[Patroni postulantur assensus.] Collige ex text. in electione Praelati Ecclesiae Conventualis, postulandum esse patroni consensum, ita gloss. *verbo honestius*, Abb. *num. 8.* Zabarel. & alij in *presenti*, idem Abb. *n. 2.* in *c. cum terra*, de *elect.* Roch. in *tract. huius tit. verbo in Ecclesia*, *quest. 2. num. 2.* & *quest. 3. num. 8.* Paul. de *Citadinis part. 3. quest. 3. 2. num. 4. 1.* Lambertin. *lib. 2. part. 1. quest. 5. art. 1. a. num. 19* & *art. 2. a. princip.* Intellige secundum supra citat. ut postulat in postulatione consensus ad effectum ut patronus electionem approbet, & laudet, manente ipsius validitate quantumcumque illam recusauerit, nam cum huiusmodi consensus tantummodo in obsequium, & remunerationem beneficii accepti postuletur, & tale obsequium, seu remuneratio non dicat praedictum consensum praecise esse obtinendum, recte fit, ut talis consensus ita requiratur ut velit, nolite, validitas electionis permaneat, prout explicat Abb. in *cap. Sacrosancta*, *num. 6. de elect.* Paul. de *Citadinis dist. num. 41.* Roch. *d. quest. 2. num. 2.* Caualer. *d. decis.* 321. *num. 5.* & *decis.* 445. pro quo intellectu facit verbum illud, *honestius*, de quo in *hoc text.* quod quidem supponit honeste fieri si patroni consensus non requiritur

Barbos. *Collect. Tom. I I.*

tur, prout in simili probat text. in *cap. commissum* 16. *de sponsalibus*, ibi, *tutius*, & c. iuncta communi interpretatione, de qua ibi. Nec huic intellectui refragatur text. in *c. Abbatem* *il. 2. 18. quest. 2.* siquidem omittis multis declarationibus, de quibus DD. satisfit si dicas text. illum solum evincere habendam esse rationem ipsius patroni, & certiorum esse faciendum de electione Praelati in Monasterio, cuius patronus existit, non vero constituere consensum patroni praecise esse requirendum, ut aliquid impediat, vel officiat electioni iam factae, prout voluit gloss. *1. in cap. principali*, 63. *dist. Abb. hic in finalibus verbis* Vnde iam colliges non videri veram sententiam gloss. *verbo honestius*, in *presenti*, dum videtur velle de necessitate praecisa fore postulandum assensum patroni, ita ut sine illo non constitueretur electio, idem dicit apertius gloss. *verbo Princeps*, in *cap. de hoc*, de *simon.* sequitur Hostiens. relatus a Zabarel. in *presenti*, *quest. 3.* advertere. namque debuissent solum postulari consensum in obsequium, & reuerentiam patroni ad illum tantum effectum, ut coram dioecetano, si aliqua sciat, opponat, quae de iure debeant impendere confirmationem, prout resoluunt supra citati, alias data confirmatione sine requisito consensu, vel illo non dato, permanet ipsa in sua firmitate, ut advertit Lambertin. *lib. 2. part. 1. q. 5. art. 2. num. 9.*

Limita supra dictam conclusionem quae habet in electione Praelatum Ecclesiae Conventualis postulandum esse patroni consensum, explicatam ut supra, non procedere data conditione in contrarium in eadem Ecclesia Conventuali opposita de consensu Episcoporum in fundacione, constructione, vel dotatione ipsius, siquidem illa praedicto modo opponi potest per quam patronus in eadem Ecclesia Conventuali Praelatum praesentare possit, aduertit in specie Paulus de *Citadinis d. loco*, Roch. *d. quest. 2. num. 3.* Lambertin. *lib. 2. part. 1. quest. 5. art. 1. num. 23.* Deinde limita non procedere respectu Praebendarum, Capellarum, seu aliorum beneficiorum, quae extiterint in eadem Ecclesia Conventuali, in his enim non datur inconueniens quominus patronus praesentare possit, & ita probat text. in *versio. secus tamen*, Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. reliqua*, notat Abb. *num. 6. in fine*, & alij in *presenti*, idem Abb. in *cap. suggestum*, *num. 3. supra eodem*, & in *cap. fin. de concess. praebend.* Roch. *d. quest. 2. num. 3.* Paul. de *Citadinis ubi supra*, communis ex *Invol. in d. cap. fin. Lambertin.* qui plures refert *d. quest. 5. art. 3.*

[Honor processionis fundatori seruatur.] Collige ex 6 text. d. beri patrono honorem processionis, ita gloss. *verbo modeste*, Butr. *num. 2.* Abb. *num. 5.* Anan. *num. 9.* & alij in *presenti*. Innocent. *num. 3.* *ubi* Abb. *num. 4.* in *rubr. sup. hoc tit.* Roch. *verbo honorificum*, *quest. 63. num. 98.* late Lambertin. *lib. 2. quest. 1. art. 1. a. princip.* Intellige in honore continuo processionis respectu ultimi loci illius, in quo patronus retro praecedere debet iuxta Praelatum in solemnibus processionibus, si in illa provincia maior honor sit sequi, quam praecedere, prout in specie resoluunt Angel. in *summa verbo ius patronatus*, Paul. de *Citadinis part. 6. quest. 1.* Intellige quod proxima verba text. de honore, quo patronus excipitur cum ad Ecclesiam venit, Abb. in *presenti*, *num. 5.* Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 20. quest. 2.* Nam patronus Ecclesiae aliis debet praeferi in praerogatiua honorabilioris sedis, & dignioris loci, in processionibus, ac anterioritate in tulcienda pace, thurificatione & aliis consimilibus actibus, Mantica. *decis.* 244. *num. 1.* Franc. Leo in *thesauro*

Hh 3 fori



*fori Eccles. part. 2. c. 16. num. 72. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore. §. 1. n. 10. vers. ratio. Roch. de inrepatronat. verbo honorificum. num. 99. Lambertin. in simili tract. lib. 3. quest. 1. princip. num. 11. Cardinal. Cavalier. decis. 321. num. 2. vbi num. 4. subdit pariter preeminentiam habere ut possit defendere Ecclesiam, & denunciare personas lapidantes eius bona.*

7 *Et ad inopiam vergat.* Notatur ad hoc, quod Ecclesia alit patronum suum ad inopiam vergentem. Idem, probat text. in cap. quicumque il secundo 16. q. 7. ibi: *Suffragium vita, &c.* tradunt gloss. verbo *modeste*, Butr. n. 2. Abb. n. 6. Anan. n. 9. in presenti, Roch. verbo *utile*, quest. 1. num. 1. Lambertin. dicens esse omnium Doctorum sententiam lib. 3. q. 3. art. 1. G. de pensionib. quest. 23. num. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 2. 4. num. 2. 1. Lar. in l. si quis a liberis, §. solent, num. 20. cum segg. ff. de liberis agnoscend. lat. Surd. de aliment. tit. 1. q. 5. 4. per totam, Vinnian. in praxi inrepatronat. lib. 1. cap. 1. a num. 1. 1. Campanil. d. sub. 1. c. 27. sub num. 2. 2. Declara tamen non esse necessarium quod patronus in summa egestate positus sit, sed sufficere quod iam iam ad paupertatem deveniat, ita ut verum sit dicere, quod iam secundum qualitatem suae personae sustentari non potest ex suis bonis, vel aliunde, puta ex aliquo opere suo, quod licite & honeste exercere possit attenta qualitate suae personae, propter text. in l. si quis a liberis, §. sed si filius, ff. de liberis agnoscend. patet si expendas id importare venire ad inopiam, ut probat text. in cap. 1. §. sanè de statu Monach. lib. 6. iuncta decisione text. in l. Nepos Proculo 12. §. in fine, vers. perest, ff. de verbor. signif. & ita in specie Lambertin. lib. 3. q. 3. art. 3. num. 6. quicquid gloss. verbo *ad inopiam*, in cap. quicumque 16. q. 7. contrarium velit, existimans oportere in summam egestatem esse deductum patronum, contra quam ultra praedictam rationem arguit text. in presenti, ibi, *ad inopiam vergat*, & in d. cap. quicumque, ibi, *reducti fuerint ad inopiam*, quae quidem verba non requirunt, nisi tantum illum casum in quo iam ex his bonis commodè, vel aliunde sustentari nequeat, ut eleganter probat Iuriconsult. in l. si constante 24. in princ. ff. soluto matrim. vbi agens de illo, qui vergit ad inopiam ad effectum ut repetitio dotis contra illum intentetur, dicit talem esse qualem constat iam aliquod minus habere ex illis bonis, quibus antea dos poterat praestari, patet ibi, ex quo evidentiissime apparuerit matri facultates ad dotis exactionem non sufficere, prout tradit in specie Nouell. de dote. part. 6. q. 70. Campeg. eod. tract. p. 3. q. 19. Palat. in reper. cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 17. & 18. Anton. Gom. l. 50. Tauri. num. 3. imo reuertitur Ecclesia ex gratitudine patronum inopem alere, Rot. decis. 594. num. 5. apud Farinac. collect. 1. nouissimam, alias part. 4. diuers. vbi censuit ad hoc ipsum patronum summam egestatem probare teneri. An autem ab alimentis huiusmodi excludatur si potest artem aliquam exercere proprio statui non contradicentem? vide eandem Rot. decis. 594. §. 4. diuers. Ecclesia patronum pauperem in domo propria, & non ipsa Ecclesia tenetur alere, Rebuff. in tract. congrua portionis, num. 97. Lar. in d. §. solent, num. 28. Surd. tit. 4. quest. 14. num. 21. de integris scilicet alimentis, id est, de cibo, potu, veste, lecto, & aliis omnibus, quae sub alimentorum vocabulo continentur, si ei suppetant facultates, idem Surd. tit. 4. quest. 23. a num. 12. ita ut ex fructibus sint deducenda, non vero ad ea vendenda proprietas, Surd. d. tit. 4. quest. 9. num. 11. praestando ampliora, & pinguiora alimenta patrono nobili, quam ignobili, idem Surd. d. tit. 5. quest. 28. num. 15. & non solum ipsummet patronum, sed etiam uxorem, & filios, & familiam

Ecclesia alere tenetur, Surd. tit. 4. n. 18. & tit. 7. q. 32. num. 30.

Limitatur tamen in patrono ingrato, qui non alitur ab Ecclesia, Surd. eod. tit. 7. quest. 32. a num. 6. vbi à principio illius questionis probare intendit non esse alendum patronum quando deductis alimentis Curati nihil superest, nam Ecclesia tunc debet dare alimenta patrono pauperi si superest ultra id quod necessarium est ad Dei cultum, ac ministrorum alimenta, Abb. in presenti, n. 6. & Butr. n. 22. Lambertin. in tract. huius tit. lib. 3. art. 2. tertie quest. princ. num. 2. Roch. in simili tract. verbo *utile*, num. 1. & 2. Roland. consil. 2. num. 33. lib. 3. Cassad. decis. 3. num. 2. sub hoc tit. quos refert, & sequitur Rot. apud Farin. decis. 454. p. 1. recent.

Ex eo inrepatronatus acquiritur. Ergo probata constructione cum assensu Episcopi saltem praesumpto non est necesse probare alium assensum quoad acquisitionem inrepatronatus, ut latè deducitur apud Card. Cavalier. decis. 336. ex n. 4.

In gloss. Nisi aliter, ibi, *specialiter concessa in sua fundatione*. Notatur ad hoc, quod consensus Summi Pontificis non praesumitur intervenisse etiam per longum tempus in fundacione Ecclesiae super conditionibus apposis in ipsa fundacione, ut per Malecard. de probat. concl. 416. n. 1. & 5. Rot. decis. 563. apud Farinac. 1. collect. nouissimam.

In ead. gloss. ibi, *Vbi datum fuit tale privilegium, &c.* 10 Notatur ad hoc, quod licet ex eo quod quis fundat, & donat aliquam Ecclesiam, acquiritur inrepatronatus, & exinde titulus probetur, tamen secus est in Ecclesia Regulari, quia ultra dotationem, & constructionem requiritur expressa concessio, & privilegium Apostolicum in limine fundacionis, ut per Rot. decis. 564. n. 3. & decis. 573. n. 1. apud Farinac. in collect. 1. nouissimam. vbi n. 2. censuit quod confirmatio Apostolica ex lapsu diuturni temporis etiam non enuntiata praesumatur. Idem etiam quod in beneficio Regulari non acquiritur inrepatronatus ex sola fundacione, & dotatione sine particulari privilegio Apostolico, Mohedan. decis. 340. alias 10. n. 5. hoc tit. Conar. in reg. possessor. p. 2. §. 10. n. 3. vers. alter casus, Lambertin. de inrepatronat. lib. 2. q. 5. p. 1. art. 1. n. 10. & 11. Paul. de Citadinis eod. tract. p. 3. consil. 1. n. 71. & consil. 2. n. 13. vers. sed ex reservatione specialis, Rota decis. 563. vers. non obstat, & decis. 564. n. 2. & 3. & decis. 572. n. 1. & decis. 574. n. 1. p. 4. diuers. & decis. 53. num. 1. part. 1. recent. Seraphin. decis. 1305. n. 6. & decis. 1353. num. 5. & decis. 1395. num. 2. Rot. decis. 421. num. 2. apud Farinac. part. 2. recent. & vide supra, num. 3.

In gloss. Modeste, ibi, *ad qualitatem persone*. 11 Notatur ad hoc, quod alimenta patrono praestantur secundum illius qualitatem, ut per Tiraquel. de nobilit. cap. 20. num. 143. D. Barbof in l. maritum. num. 5. ff. soluto matrim. Azor. d. c. 20. q. 2. sentit gloss. verbo *ad inopiam*, in cap. quicumque 16. quest. 7. dum dicit magis providendum esse illi, qui fuit dives, quam illi, qui semper sustinuit aliquam paupertatem, resolunt Rot. h. verbo *utile*, quest. 1. num. 2. Lambertin. d. q. 3. & art. 6. in princip. & num. 13. & a num. 25. quare an alimenta debeant esse in quantitate, quae nutriant uxorem, filios, & servos domesticos, qui qualitati patroni commendant. Quorum alimentorum nomine non tantum esus, & potus, sed etiam vestitarius, quinimò & habitatio veniunt, & patrono tribuenda sunt, iuxta text. in l. legatis, ff. de aliment. & cibariis. legat. & in l. verbo victus 43. ff. de verbor. significat. tradunt Palat. in rubric. de donatione inter virum & uxorem, §. 1. num. 2. Conar. de sponsal. part. 1. cap. 1. §. 1. n. 9. D. Barbof in l. que dotis a num. 64. ff. soluto matrim. &



& insuper alia præstanda sunt, de quibus Lambertin. d. q. 3. art. 9. à princ.

In ead. gloss. ibi, *Onus*. Videtur gloss. sentire ad patronum pertinere sollicitudinem, & solertiam circa Ecclesiæ patronatæ, & ipsius rerum defensionem, id enim importat onus, idem probant text. in cap. filiis 16. q. 7. & in cap. constitutum 16. q. 1. Roch. verbo onerosum, q. 1. & seq. Lambert. lib. 3. q. 1. art. 1. Ex quibus colliges posse patronum obligare beneficiarium ut saltem in genere sibi reddat rationem circa administrationem reddituum Ecclesiæ patronatæ, ut dixi in addit. ad cap. ex literis supra hoc tit. prop. fin. Colliges etiam custodiam Ecclesiæ vacantis ad patronum pertinere, ut probat text. opt. in cap. cum vos, de officio Ordin. ubi Abb. & communiter DD. post Lambertin. d. loco, art. 6.

12 In gloss. In capella. Notatur ad hoc, quod construere Ecclesiæ dicitur opus pium, & religiosum, ut per Spin. in speculo testam. gloss. 3. princ. n. 5.

In ead. gloss. ibi, *Sed his non obstantibus videtur quod immo patrono Capella in præiudicium patroni, & ita eo immo collegiata fieri non potest*. Ita Maslob. in praxi habendi concursum prel. 7. dub. 5. n. 5. secundum Roman. impress. ubi subdit eo casu in patronatus amitti per erectionem in collegiatam, quando patronus paritur Ecclesiæ erigi in collegiatam absque aliqua reservatione sui iuris.

## S V M M A R I V M.

- 1 Patronus Ecclesiæ vacantis quamvis sit Clericus ad eam præsentare non potest, & n. 2.
- 3 Patronus non valet procuratorem deputare, qui eundem constituentem ad Ecclesiæ vacantem nominet.
- 4 Procurator deputatus à multis patronis ad præsentandum potest unum ex dictis constituentibus præsentare, modo comparuerit nomine omnium.
- 5 Patronus ut possit suum de inrepatronatus adipisci beneficium, duo modi referuntur.
- 6 Procurator constitutus à patrono ad præsentandum non potest seipsum præsentare.
- 7 Patronus etiam ad beneficium simplex se præsentare non potest.

## CAP. Per nostras. XXVI.

## Innoc. III.

Nillus etiam Clericus idoneus, doctus, & benemeritus habens in patronatus in aliqua Ecclesiâ potest se præsentare, quia nemo debet se ingerere officiis Ecclesiasticæ prælationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Butri. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 381. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 513. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 30. c. 1.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Paul. de Citadin. p. 6. q. 48. art. 3. n. 89. cum seqq. Lambertin. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 1. n. 6. Mant. dialog. 4. Rot. in Spoletana capellanie 16. Maij 1623. coram bon. mem. Buratto, & in Regien. inrepatronatus 15. Ianuarij 1624. coram R. P. D. meo Pironano, & in eodem 5. Martij 1625. coram bon. mem. Vbaldo, Flamin. de resig. lib. 9. q. 17. n. 112. Viu. in praxi inrepatr. p. 2. lib. 6. c. 8. Campan. in diversorio iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 398. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 51. n. 1. quos refero ego ipse de officio.

potest. Episc. p. 3. alleg. 7. 2. n. 85. quod adeo verum existimat Campanil. d. loco, ut procedat etiam respectu beneficii simplicis, quicquid contrarium velit Lambertin. in tract. huius tit. p. 1. lib. 2. q. 8. art. 2. Ratio est, quia in præsentatione patroni de se ipso facta vitium ambitionis reperiri censetur, nam cum non solum prohibeantur illa, quæ per se mala sunt, verum etiam illa quæ speciem mali repræsentant, & præsentatio de se facta propter prædictum vitium in illo præsumptum mali speciem habere censetur, argum. text. in cap. quia in tantum, & in cap. cum iam dudum, de præbend. merito text. dicit patronum seipsum ad Ecclesiæ patronatam vacantem non posse præsentare, pro qua ratione, seu potius declaratione faciunt verba huius text. ibi, *cum igitur nullus se ingerere debeat, &c.* quæ quidem verba important affectare, & ambire, iuxta text. in l. si quinquam, C. de Episcopis, & Clericis, in qua ratione naturali iustiorum tamen dicit hic text. ad constituendam talem prohibitionem, quemadmodum multoties Pontifices aliâs similibus rationibus naturalibus solent suas decisiones probabiliter confirmare, ut videre est in cap. quamiam, de officio & in cap. cum omnes, de conslit. Amplia procedere etiam in institutione, itavt Episcopus similiter se ipsum instituere non possit, propterea dixi in addit. ad c. ult. de instir. Limita quando patronus præsentat filium suum ad Ecclesiæ vacantem, de quo dixi ad c. quia Clerici, in gloss. supr. hoc tit. & c. consilium 15. n. 3. supr. eod.

An autem patronus valeat procuratorem deputare, qui eundem constituentem ad Ecclesiæ vacantem nominet, respondeo quod non potest, quamvis valeat etiam nulla specifica præhabita conditione illum eligere, ita Flamin. d. q. 17. n. 13. Rota apud Capitanen. decis. 397. part. 2. ead. Rot. decis. 185. part. 2. divers. ubi etiam tenent quod si procurator deputatus fuerit à multis patronis ad præsentandum, & unum ex dictis constituentibus præsentet, dummodo comparuerit nomine omnium, valet actus, refert Campan. d. c. 13. num. 399. Si autem patronus, qui vnicus est, vellet suum de inrepatronatus adipisci beneficium, quæ materia ad illud assequendum uti possit non abs re quaeret aliquis, & vno ex duobus modis sibi succurrere posse tradunt Doctores, quorum vnus est, ut emittat preces coram Episcopo, ut sibi pronideatur de beneficio, refert Abb. in præsent. & videtur insequi Caualean. Finiz. decis. 18. num. 42. p. 3. Ioseph. Ludou. concl. 42. vers. ampliat. 6. Lambert. d. q. 8. art. 3. Ioan. de Selua de benefic. p. 1. q. 6. n. 19. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo inrepatronatus, § 21. & quod patronus huiusmodi potest procedere per viam deprecationis, & supplicationis factæ Episcopo ut sibi conferat beneficium, & illo casu possit Ordinarius illum gratificando admittere, censuit Rot. in d. Regien. inrepatronatus 15. Ianuarij 1624. coram R. P. D. meo Pironano, & in eadem 5. Martij 1624. coram bonæ mem. Vbaldo, & in Barcinonen. beneficij 2. Maij 1625. coram eodem D. meo Pironano cum aliis citatis per Ferentil. in annot. ad decis. 316. Buratti, n. 19. Alter vero est, quod Episcopus possit dictum beneficium conferre eidem patrono, qui inhæreat, atque assentiat collationi prædictæ, quod longa serie post alios tractatur Lambert. d. q. 8. art. 4.

Intellige supradicta adeo vera esse, ut nec procurator constitutus à patrono ad præsentandum possit se ipsum præsentare, ut per Viu. d. c. 8. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. n. 57. & seq. quos refero ego ipse d. alleg. 7. 2. n. 88.

Ecclesiastica prælationis officiis.] Dum hic text. restringit ad Prælaturam, iam probare videtur ad beneficium



sententia simplex se patronum presentare posse, & ita hanc sententiam probant Lambertin. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 2. a. n. 6. Peregr. conf. 18 m. i. 5. lib. 5. Joseph. Ludou. concl. 42. col. 16. vers. ampliatur quinto, Rot. in d. Regien. iurispatronatus 16. Januarij 1624. coram R. P. D. meo Pironano. Sed contrariam sententiam tenuit Ioan. Andr. & communis in presenti, pro qua facit, quia text. in presenti, agit de personatu ad quem dicit patronum se ipsum non posse presentare, & tamen constat personatum esse beneficium simplex, probat text. in cap. super eo 6. de prebend. lib. 6. facit rursus, quia ratio in qua text. iste fundatur, & in eadem decisione exprimitur etiam in simplicibus beneficiis reperitur, facit Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 27. ibi: Improbe cupiditatis affectu. & ibi, unum tantum beneficium, &c. proinde dicendum est in illis etiam prohibitionem huius text. locum habere, licet enim aliqua decisio exorbitans etiam contra iuris regulas sit, non est inconueniens quod accommodetur ad casus, de quibus non loquitur, si in illis verificatur ratio ipsius dispositionis, dummodo tamen in eadem dispositione exprimitur, prout notatur in reg. odia, lib. 6. & ideo Rot. re maturius discussa adherere noluit opinioni Lambertin. & sequacium, ut videre est in Regien. iurispatronatus 5. Martij 1615. coram bonae memor. Vbaldo, & in Barcinonen. beneficij 2. May 1625. coram R. P. D. Pironano, Ferentil. in annot. ad decis. 306. Burattii, lit. A.

## SYMMARIUM.

1. Iurispatronatus questio si inter patronos non diffinitur infra quatuor menses, Episcopus ordinabit Ecclesiam sine prauidicio eorundem, & n. 2.
2. Presentatio a patronis laicis, vel Clericis ratione patrimonij facienda est infra quadrimestre, a patronis vero Ecclesiasticis intra semestrem.
3. Episcopus transactio termino dato a iure patronis ad presentandum, potest liberè de Rectore Ecclesiae in Ecclesia providere.
4. Negligentia Praeati & Canonicorum non prauidicat Ecclesiae, & successoribus.

## CAP. Cùm propter. XXVIII.

1. Iurispatronatus questio si inter patronos non diffinitur infra quatuor menses, personam idoneam instituire potest Episcopus, & ex hoc nullum prauidicium in posterum praesentationi generatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Butr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Henric. Canis. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 382. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 513. & vol. 4. reper. in iure Canon. ad lib. 3. Decret. Ioan. Crot. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 30. c. 2.
2. Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 7. num. 13. Prax. Episcop. p. 1. verbo iurispatronatus, §. 5. Rot. decis. 586. n. 2. apud Fatim. in 1. collect. nouissimarum, nouissime D. Ioan. Ant. Mallobr. in sua praxi habendi concursum ad parochiales Ecclesias, requis. 1. dub. 10. a. n. 14. Campanil. in diuersario iuris Canon. rubr. 1. c. 13. n. 486. vbi cum Lap. allegat. 78. m. 1. §. 17. ac Ioan. de Selna de benef. p. 3. q. 59. in fine, asserit text. in presenti, vendicare sibi locum vbi non apparet quis sit patronus. Vide quae dixi ad c. 3. n. 9. supr. hoc tit.
3. Infra quatuor menses, ] Notatur ad hoc, quod pra-

sentatio a patronis laicis, vel Clericis ratione patrimonij facienda est infra quadrimestre, ut probatur in hoc text. a patronis vero Ecclesiasticis facienda est intra semestrem, cap. vnic. hoc tit. lib. 6. Vgolin. de offic. Episcop. c. 5. in princ. n. 5. Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 2. decis. 228. n. 14. & 15. Franc. Leon. thesaur. fori Eccles. p. 2. c. 6. n. 23. Viui. in praxi iurispatron. p. 2. lib. 7. c. 1. Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 9. n. 200. quos refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 126. vbi n. 127. quod huiusmodi tempus currit diebus feriatis cum sit continuum, & a. n. 128. quod dicatur iurispatronatus Ecclesiasticum, & n. 133. quod ie dubio vbi sit mentio intelligitur de Ecclesiastico, adde nouissime Ioan. Anton. Mallobr. d. praxi requis. 2. dub. 1. a. n. 6.

Verum autem iurispatronatus ex bonis Ecclesiasticis fundatum, sed causa permutationis, vel alio titulo oneroso in laicum translatum auctoritate Apost. remanet Ecclesiasticum, vel efficitur laicale, questio est ad praesens institutum non contemnenda, in qua illa est verior opinio quae dicit huiusmodi iurispatronatus esse laicale, quemadmodum enim quando a principio iurispatronatus est laicale, & deinde transit in Ecclesiasticas personas, efficitur Ecclesiasticum, & illius naturam assumit, Abb. in cap. de Monachis, n. 14. de probat. & in c. 1. hoc tit. lib. 6. vbi Ioan. Monach. num. 4. Prob. in addit. num. 17. Rebuff. de nomin. q. 8. num. 22. Crot. conf. 291. num. 25. lib. 3. Card. Seraphin. decis. 1420. ita etiam e converso dicendum videtur ut iurispatronatus exuat primordiale suam naturam, & dum transit in laicum, identidem efficitur laicale, ut in puncto arguit Borgnin. decis. 22. num. 6. part. 1. attenditur enim persona quae praesentat, & quae possidet ius praesentandi, & prout illa est, ita etiam determinatur natura ipsius iurispatronatus, Mohed. decis. 9. in fin. de iurep. Crescent. decis. 9. eod. tit. Achil. decis. 1. etiam eod. tit. Pot. decis. 90. lib. 3. & vulgatum est quod si laicus ex iusto titulo, & cum solemnitate efficiatur dominus, & acquirit bona Ecclesiastica, haec bona non dicuntur amplius Ecclesiastica, sed assumunt naturam, & qualitatem personarum, quibus ipsa bona cohaerent, & ideo efficiuntur in totum laicalia, & patrimonialia. Mench. de success. creat. lib. 2. §. 20. n. 634. Sord. conf. 353. ex num. 9. Nec obstat quod qualitas iurispatron. sit ex bonis Ecclesiasticis fundata, videtur inseparabilis, etiam si transeat ad laicos, ac proinde efficit ut tanquam Ecclesiasticum sit reputandum, quia responderetur quod licet illa qualitas vim aliquam habere videatur ad talem reputationem faciendam, & suam originalem naturam sustentandam, quando iurispatronatus titulo lucrativo acquiritur, tamen cum illud laicus adeptus est titulo oneroso mediante permutatione, & cum auctoritate Apostol. videtur effici pene laicale, & illud, quod a laico in permutatione datum fuit monasterio, videtur succedere loco illius iurispatronatus Ecclesiasticum, alioquin in valde exorbitanti lucro versaretur Ecclesia, si verumque, nempe & quod illa dat, & quod recipit, Ecclesiasticum remaneret.

Non differas, &c. ] Notatur ad hoc, quod Episcopus transactio termino dato a iure patronis ad presentandum liberè de Rectore Ecclesiae in Ecclesia providere potest, ut per Spin. in speculo testam. gloss. 1. prim. n. 18. dummodo prius confiter de lapsu temporis a die scientiae patronorum. Caputaq. decis. 248. n. 1. part. 3. Seraphin. decis. 380. num. 1. Rot. decis. 173. sub num. 1. & decis. 186. sub n. 1. p. 2. recent. Beltramin. ad dec. 177. Gregorij XV. num. 9. & fuit dictum in Praesen. beneficij 14. Februarij 1620. coram bon. mem. Buratto. Quae quidem scientia patronorum ut deuolutioni sit locus debet



# De Iure patronatus, Tit. XXXVIII. 369

debet esse certa, nec sufficit interpretatio, & verisimilis, Seraph. decif. 1. 173. n. 3. Rot. d. decif. 1. 73. sub n. 1. & decif. 186. sub n. 2. p. 2. recent. Gabr. conf. 185. num. 6. lib. 2. Nicol. Garc. de benef. p. 10. c. 3. n. 34. Et ius præsentandi conferatur in vno ex patronis, qui scientiam huiusmodi vacationis non habuit, aliis propter scientiam exclusis, Rot. in Spolierana 28. 4. Maij 1590. coram Card. Blanchetto, relata per Nicol. Garc. d. p. 10. c. 2. n. 41.

Ita quod illi, &c. Notatur ad hoc, quod negligentia Prælati, & Canonicorum non præiudicat Ecclesiæ, & successoribus, ut per Nat. conf. 501. n. 44. Caputaq. decif. 128. n. 3. p. 2. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 55. num. 9.

## SVMMARIVM.

- 1 Legatus de latere Ecclesiæ, cuius alia Ecclesiæ est patrona, collationi suæ reservare potest, licet non vacet, & conferre cum vacat. Ex duobus presentatis à patrono laico potest superior secundum insinuare.
- 2 Collatores præter Papam sunt Legati de latere in sua provincia.
- 3 Legatus à latere potest derogare iuripatronatus Ecclesiastico, non autem seculari.
- 4 Derogatio beneficiorum iuripatronatus à Papa facta comprehendit tantum beneficia, quæ sunt iuripatronatus Clericorum, non autem laicorum, quæ expressam requirunt derogationem.
- 5 Promissio, & collatio facta per Ordinarium de beneficio iuripatronatus durante quadrimestri an sit nulla, ostenditur.
- 6 Iuripatronatus Clerici illi obueniens ratione sui patrimonij equiparatur laicali.
- 7 Patronus Clericus ratione sui patrimonij potest variare, & alterum presentare sicut patronus laicus.
- 8 Patrono laico innito, a quo inconsulto non potest Episcopus, aut alius Ordinarius, nec etiam Legatus Papa Ecclesiæ patronatam conferre.

## CA P. Cùm dilectus. XXVIII.

**P**atronus quando præsentat vnum, & non instituitur ab Episcopo, si præsentat alium, & instituitur, tunc primus non habet ius ad Ecclesiæ licet præsentans fuerit Clericus, si tamen præsentavit ut laicus, id est ratione patrimonij. Item quando vna Ecclesiæ est patrona alterius, tunc Legatus à latere potest sibi reservare illam Ecclesiæ non vacantem, & cum vacat eam conferre inconsulto patrono, secus si patronus est laicus, vel clericus, dummodo præsentet ratione patrimonij. Item qui non possidet Ecclesiæ Canoniam, tenetur eam relinquere, & fructus restituere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anan. Host. Henric. Anchar. Panorm. Cened. collect. 76. Vinian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 382. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 513. & vol. 4. reper. in iure Canon. ad lib. 3. Decret. Ioan. Crot. remissus Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 30. c. 3.

**Vt Ecclesiæ, &c.** Notatur ad hoc, quod Legatus Sedis Apost. (etiam si de latere non sit) potest beneficia antequam vacent suæ provisioni reservare, idem probat text. in cap. dilectus, de officio Legati, & in c. presentis 63. & in cap. deliberatione 4. de officio Legati, lib. 6. Innoc. in princ. Butr. n. 1. Abb. num. 2. & alij in presentis,

plures quos refert, & sequitur Cosm. in pragmat. sanct. tit. de collation. item circa verbo legatorum ad fin. Selu. de benef. p. 3. q. 66. n. 4. Rebuff. in praxi tit. de denotat. n. 37. Corraf. de Sacerdot. p. 2. c. 3. n. 15. Gig. de pension. q. 6. n. 18. Lambert. lib. 1. p. 1. art. 6. n. 4. Simonet. de reservation. q. 2. Non obstat cap. constitutus 31. de concess. preb. quia resp. reservationem, de qua ibi, seu potestatem conferendi beneficium vacaturum non fuisse factam à Legato, de quo text. agit, sed ab Episcopo Legato confirmante, quam text. ibi ex postfacto faciendam propter Concil. Lateran. reprobavit, licet factam retineret propter eiusdem Legati confirmationem, quasi Legati confirmatio daret validitatem reservationi; unde iam text. ille videtur probare posse Legatum facere reservationem, siquidem illam potuit confirmare, alias enim text. non sustineret confirmationem per illum reservatam. Illud tamen advertendum duxi hodie ex decreto Concil. Trid. sess. 24. de reformation. c. 19. prohiberi huiusmodi reservationes, etiam si fiant per Legatos de latere.

Amplia primò text. procedere etiam in reservatione pensionis, quam Legatus in beneficio potest constituere, de quo vide addita ad c. prohibemus, de censib. Secundo amplia text. procedere etiam in reservatione facta in fauorem certæ personæ, adhuc enim Legatus illam facere potest (dummodo sit sine expectatiua ad beneficium vacaturum, per ea, quæ Lambert. lib. 2. p. 3. q. 81. art. 1. n. 3.) ut probat text. in presentis, & in cap. si Apostolica 22. de prebend. lib. 6. vbi gloss. verbo Legatus, Domin. p. 3. Franch. à n. 1. & Anchar. in princ. Abb. in presentis, num. 3. Gig. de pension. q. 6. n. 18. Mandol. in reg. 13. Cancel. p. 5. à n. 2. Gom. in reg. de non indicando, n. 3. Rebuff. in praxi tit. de collat. n. 3. Amplia tertio text. procedere respectu plurium beneficiorum, quæ Legatus reservare simul potest, ut probat text. in cap. presentis, de officio Legati, lib. 6. vbi gloss. verbo illa pendente, Dominic. n. 1. & Franch. n. 3. Hostiens. & Calderin. in cap. mandatum, de rescript. declarando ut scilicet sortita priori reservatione effectum facta de illa mentione possit Legatus aliam facere, minimè verò si pendeat, quam quidem, etiam si de illa mentio fiat, efficere nequit.

Limita primò text. non procedere in beneficiis, quorum collatio Episcopis auctoritate Apostol. commissa est, iuxta addita ad cap. 2. de officio Legati. Limita secundò textum non procedere finita legatione, ut probat cap. presentis, de officio Legati, lib. 6. vbi gloss. verbo finitur, Anchar. num. 1. Domin. n. 4. & Franch. n. 3. Rot. antiq. decif. 206. Selu. de benef. p. 3. q. 66. Simonet. de reservation. q. 2.

**Apostolica Sedis Legatus, &c.** Ergo Collatores præter Papam sunt Legati de latere in sua provincia, de quo Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 23. n. 2.

**Nos igitur, &c.** Notatur ad hoc, quod Legatus à latere potest derogare iuripatronatus Ecclesiastico, non autem seculari, ita ut in vnione faciendæ, si iuripatronatus sit secularis, teneatur consensum patroni perquirere, non ita si sit Ecclesiasticus. Gamb. de officio, & auctoritate Legati, lib. 5. tit. de potestate illius, qui ad vnionem benef. Rebuff. in praxi benef. tit. de vnionib. num. 28. Lambertin. in tract. huius tit. lib. 3. quasi. 6. art. 1. num. 4. vers. & idem dicerem, & art. 2. num. penult. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. q. 12. quos refert, & sequitur Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 169. vbi etiam cum Gabr. & Azor. citatis locis, asserit derogari etiam non posse iuripatronatus cum illud est mixtum, partim secularis, & partim Ecclesiasticum, ob fauorem, & gratiam laici patroni, ne laici à fundandis, vel dotandis Ecclesiis facile auocentur, additque cum patronus est laicus non



non iure fundationis, vel donationis Ecclesie, sed sola consuetudine, vel prescriptione, aut priuilegio, possit huic patronatui derogari per Legatum de latere. Hinc enenit ut concessio, reservatio, vel derogatio beneficiorum iurispatronatus à Summo Pontif. facta comprehendat tantum beneficia, quae sunt iurispatronatus clericorum, non autem laicorum, quae expressam requirunt derogationem, ut per Ioseph. Ludou. tom. 3. commun. opinion. sub hoc tit. concl. unica, ampl. 19. vers. declaratur 2. pag. 531. Rebuff. in tract. nominat. q. 8. n. 22. vers. secundo probatur, D. Sahagun. in cap. fin. num. 71. de sequest. possess. & fructuum, Perez l. 2. col. 4. vers. dubitatur tamen, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 149. Cabed. de patronat. Regia Corona, c. 35. num. 2. & 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 18. à num. 1. plures quos refert Cened. ad Decretal. collect. 79. n. 1. vbi n. 3. an & quando Legatus à latere possit sibi reservare beneficia iurispatronatus laicorum, vel Ecclesiasticorum, aut ea, quae simul competunt laicis, & Ecclesiasticis? Et de vi, & efficacia clausulae, pro melioritate, qua utitur Summus Pontif. in derogatione iurispatronatus, quoddam ex fundatione, vel donatione existit, vide Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 490.

5 Se dicebat ademptum. ] Notatur ad hoc, quoddam pronisio, & collatio facta per Ordinarium beneficio iurispatronatus durante quadimestri est nulla, ut per Bald. conf. 17. in 2. dub. vol. 5. Corn. conf. 47. n. 9. vol. 3. Guid. Papae decis. 374. n. 2. Roland. conf. 47. n. 22. vol. 4. quos refert Campanil. d. c. 11. n. 4. 8. vbi quoddam vel saltem irritari debet per cap. illud, sup. hoc tit. vbi Abb. num. 2. & 8. Paris. conf. 144. n. 5. vol. 4. ita ut huiusmodi collatio validata censeri debeat postquam scierit patronus, & non reclamauerit intra tempus quatuor mensium, & citat Franc. Marc. decis. 493. n. 3. p. 4. & Rot. decis. 77. n. 4. p. 1. diuersor. ac Spinin. speculo testam. gloss. princ. n. 101. vers. sic etiam, & resolutum per Rotam fuisse asserit, valere scilicet ab initio prouisionem superioris, sed irritandam superueniente contradictione patroni, ut videre est apud Pat. decis. 412. lib. 1. & decis. 181. n. 4. lib. 3. necnon colligitur ex decis. 369. n. 5. lib. 3. p. 3. diuersor.

6 In eo quod tanquam clericus, &c. ] Ergo iurispatronatus clerici ei obueniens ratione sui patrimonij equiparatur laicali, ut per Perez d. l. 2. col. 5. vers. quod praecedit, in fine, Cabed. d. c. 35. n. 3. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 152. n. 2. quos refero ego ipse d. alleg. 72. n. 153.

7 Non primus, sed secundus. ] Ergo patronus clericus ratione sui patrimonij potest variare, & alterum praesentare sicut patronus laicus, ut per Gutier. de iuram. confirm. p. 3. c. 13. n. 12.

Suberat iurisdictioni Legati, &c. ] Collige ex text. Legatum posse conferre, seu reservare beneficium cum derogatione iurispatronatus Ecclesiastici, ut probat text. in cap. dilectus 6. de offic. Legati, tradunt gloss. verbo praesentare, Butr. n. 1. Anan. n. 8. Abb. n. 3. & alij in praesenti, gloss. ult. in cap. unic. §. 1. hoc tit. lib. 6. Abb. n. 8. in cap. illud, & in cap. cum propter, n. 5. hoc eod. tit. Felia. in tract. quando littere Apost. noceant patronis, vers. limitatur 3. Selu. de benefic. p. 3. q. 11. n. 19. Gom. in reg. de impetrant. per obitum Cardinalium, q. 8. Cassador. decis. 4. hoc tit. n. 1. Roch. de inuepatron. verbo honorificum, q. 3. à n. 4. Lambertin. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 1. à num. 1. refert alios, & sequitur Couarru. practic. cap. 36. num. 2.

Cum fructibus medio tempore perceptis. ] Collige ex text. possidentem beneficium patronatum sine institutione Episcopi teneri restituere fructus ex eodem beneficio perceptos: ita gloss. verbo perceptis, Abb. n. 7. & alij hic, Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 3. Mench.

usufreq. c. 16. Hojed. de incom. benef. part. 1. cap. 13. à princ.

In gloss. Laicus. Collige ex gloss. Legatum non posse beneficium conferre, seu reservare cum derogatione iurispatronatus laici, in idem est gloss. verbo in concessione, in c. dilectus, de officio Legati, tradunt Domin. in c. 2. de elect. lib. 6. Felin. in tract. quando littere Apost. noceant patronis, col. 3. Paris. conf. 128. vol. 4. Lambertin. lib. 2. p. 3. q. 8. art. 1. n. 4. & 8. & art. 2. à n. 1. Conar. practic. c. 36. n. 2. in fine. Facit aperte text. in praesenti, quatenus distinguit inter laicum, & clericum patronum, patet ibi, tanquam laicus, & ibi, tanquam clericus, quae non erant necessaria, si Legatus posset conferre beneficium, seu reservare in praedictum patroni laici. Accedit quoddam Pontifex constitucendo officium legationis non censetur illud creare cum praedictum laicorum patronorum, ex reg. in l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. ac subinde cum per collationem, seu reservationem maximum fiat praedictum laicis patronis, necessarium dicendum est ex defectu potestatis Legatum talem collationem, seu reservationem facere non posse.

In gloss. Quenquam praesentare, ibi, sed nunquid Le. 8. gatus, &c. Notatur ad hoc, quoddam patrono laico invito, aut inconsulto non potest Episcopus, aut alius Ordinarius, nec etiam Legatus Papae Ecclesiam patronatam conferre, ut per Cabed. d. c. 35. n. 1. & 2. aut super illam pensiones imponere, Ant. de Olibano in comment. ad usaticum, alium namque de iure fisci, c. 13. n. 35.

## S V M M A R I V M.

- 1 Patronus laicus si duos successiue praesentat, valet institutio de secundo, non obstante appellatione prius facta per primum. Episcopus tamen qui malitiose primum repulit, eisdem in competenti beneficio providere compellitur.
- 2 Praesentationem spernente superiore, poterit sic reiectus ab eo appellare.
- 3 Ordinario veniente instituere adendum est Papa, qui supplet, ac prouidet, seu instituit.
- 4 Duobus à patrono laico praesentatis melior est conditio possidentis.
- 5 Appellare licet ab Episcopo qui primum praesentatum non admisit, usque ad praesentationem secundam.

## C A P. Pastoralis. XXIX.

Praesentatus à patrono laico si reiecitur ab Episcopo, & appellat ad Papam, si interim patronus alium praesentat, & instituitur, iste secundus obtinebit, quia inter praesentatos à laico est melior conditio possidentis. Item Episcopus, qui malitiose praesentatum idoneum reculauit, compellitur providere illi de beneficio competenti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Butr. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 383. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 513. remissine Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 30. cap. 4.

Ex huiusmodi praesentatione aliquid iuris, &c. ] Vide dicta ad c. quod autem §. n. 3. sup. hoc tit. Ad Sedem Apostolicam appellauerit. ] Notatur ad hoc quoddam Superiore praesentationem spernente, poterit sic reiectus ab eo appellare, ut per Lambertin. in tract. huius tit. lib. 2. p. 2. q. 8. art. 18. Roch. in simili tract. verbo pro eo quod de diocesani consensu, q. 5. num. 12. Franc. Marc.



# De Iure patronatus, Tit. XXXVIII. 371

Marc. decis. 491. incip. *Que iter quando Episcopus, n. 4.*  
 p. 1. Perez l. 1. col. antepen. vers. *quaro etiam ulterius,*  
 tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 146. Iulian. *Vin. in praxi iurispa-*  
*tron. lib. 1. c. 3. Campan. in diversorio iuris Canon. rub. 1. 1.*  
*c. 13. n. 47. ubi etiam cum Mandol. ad reg. Cancell. 3. 1.*  
 4. 9. 6. n. 10. advertit vt renuente Ordinatio instituire  
 adeatur Summus Pontif. qui supplet. ac promidet, seu  
 instituit, dictaque prouiso vult appellatur noua  
 prouiso, quamvis regulariter noua prouiso supponat  
 aliam præcedentem prouisionem. quæ in hoc casu mi-  
 nimè adest, cum sola extet præsentatio.

Conditionem possidentis censuit meliorem. ] Notatur  
 ad hoc, quòd duobus à patrono laico præsentatis me-  
 lior est conditio possidentis, vt per Tiraguel. *de iure-*  
*promog. q. 17. opinion. 1. 1. n. 4. ubi n. 5. dicit quòd imò ille*  
*potior est in beneficio, qui primò titulum consequutus*  
*est, nec contra facere text. in presenti, quia præfert se-*  
*cundum habentem titulum, & possessionem, quia pri-*  
*mus, de quo hic, non habebat titulum efficacem ex*  
*sola patroni præsentatione non admissa, & postea ab*  
*ipso Patrono laico, cui variare licebat, tacitam reuo-*  
*cat; quòd si ille primus admissus fuisset, tunc præfe-*  
*retur secundo etiam admissio, & possessionem prius*  
*adepto, vt satis declarat text. hic, & resoluit idem Ti-*  
*raguel. d. q. 17. opinion. 1. 2. n. 3.*

In gloss. Appellauerit, ibi, *sed nunquid tali appella-*  
*tioni erit deferendum, &c.* Notatur ad hoc, quòd appel-  
 lare licet ab Episcopo, qui primum præsentatum non  
 admisit, & valet hæc appellatio vsque ad præsentationem  
 secundi; si tamen Episcopus secundo loco  
 præsentatum instituit, expirat ius primi præsentatis,  
 & appellatio ab illo interposita euanesceit, & extinguitur,  
 vt per Spin. *in speculo testam. gloss. 4. princ. n. 94.*  
 Perez. *d. vers. quaro etiam ulterius, pag. 146. col. 2.*

In ead. gloss. ibi, *Quia ex sola præsentatione facta à*  
*vero patrono acquiritur ius præsentato. Vide dicta ad c.*  
*quod autem 5. n. 3. sup. hoc tit.*

## S V M M A R I V M.

1. Ordinatus quamvis aliquis fuerit ad titulum Eccle-  
 siæ ad præsentationem Rectoris, patronus, qui  
 non consensit, ad ipsam cum vacabit poterit præ-  
 sentare.
2. Rector Ecclesiæ patronata licet possit absque patroni  
 consensu Vicarium temporalem, vel ad vitam  
 ipsius Rectoris constituere, non poterit tamen abs-  
 que consensu patroni, etiam cum auctoritate Epi-  
 scopi perpetuum Vicarium ad Ecclesiæ ministe-  
 rium eligere.
3. Clericus potest ordinari ad titulum alterius Ecclesiæ  
 in qua aliquis patronus est.
4. Rector Ecclesiæ patronata potest sibi eligere, quos  
 voluerit, ad inferiendum Ecclesiæ, & illi mini-  
 strandum sine patroni consensu.
5. Collegiata Ecclesiæ quibus signis cognoscatur, osten-  
 ditur, & n. 6. & 7.

## C A P. Postulasti. XXX.

Rector Ecclesiæ Parochialis si præsentat aliquos  
 ordinandos ad titulum suæ Ecclesiæ non requi-  
 sito patrono, & ordinantur, non prædicat patrono,  
 quia ipse cum vacat beneficium, potest alios præsen-  
 tare, relictis illis ordinatis, & titularis, si non consen-  
 serat eorum præsentationi, & institutioni, secus si  
 consensit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent.  
 Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Batt. Host. Anchor.

Hentic. Panorm. Viuian. *in ration. lib. 3. iuris Pontif.*  
 pag. 384. Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 514.*  
 remissive Casal. *in annot. & Ximen. in concord. p. 1. re-*  
 fertur ab Ant. Augult. collect. 3. *Deverat. lib. 3. tit. 30.*  
 cap. 5.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Couar. 2  
*practic. c. 36. n. 1. in princ. ubi etiam resoluit quòd licet*  
*Rector Ecclesiæ possit absque patroni consensu Vica-*  
*rium temporalem, vel ad vitam ipsius Rectoris consti-*  
*tuere, non poterit tamen absque consensu patroni,*  
*etiam auctoritate Episcopi perpetuum Vicarium ad*  
*Ecclesiæ ministerium eligere.*

Per intitutionem huiusmodi, &c.] Collige ex text. 3  
 Clericum posse ordinari ad titulum alterius Ecclesiæ,  
 in qua aliquis patronus est, idem probat text. *in cap.*  
*per tuas 37. de simon. tradunt gloss. 1. Innoc. & Abb.*  
*num. 3. & alij in presenti, Zabarel. in Clem. plures, in fin.*  
*hoc tit. Paul. de Citadin. in tract. huius tit. p. 6. quest. 14.*  
*Lambert. lib. 2. p. 1. q. 5. art. 7. & lib. 3. q. 5. art. 6. Gigg. de*  
*personib. q. 23. n. 10. Couar. practic. c. 36. n. 10. Intellige*  
 non solum in patronis laicis, sed etiam in Ecclesiasti-  
 cis, sine quorum consensu ordinatio facta ad intitu-  
 tionem beneficiarj in nihilo præiudicabit quocum-  
 que tempore nisi soli beneficiario intitulanti, vel  
 Episcopo ordinanti; cui intellectui non refragantur  
 verba huius text. *in fine, ibi: Nisi de patronorum pro-*  
*cessu assensu, quibus verbis text. videtur innuere*  
 quòd dato consensu patroni eidem præiudicabitur  
 in præsentatione post mortem Rectoris Ecclesiæ, de  
 quo præiudicio in litera præcedenti dubitatur, patet  
 ibi: *Ne præiudicaretur patrono, &c.* ac proinde in illa  
 exceptione, quam facit, videtur text. necessariò in-  
 telligendus de ipsa præsentatione, alias enim exceptio  
 non erit de eo, de quo Pontifex dubitabat: siquidem  
 quicquid aliter inuoluit Lambert. *d. art. 6. a num. 12.*  
 respondendum est in præcedenti litera textum non  
 solum de præsentatione dubitasse, sed etiam de aliis  
 in quibus poterat patrono fieri præiudicium respectu  
 eiusdem beneficij patronati, vnde nil mirum si re-  
 spectu illorum prædictam exceptionem text. consti-  
 tuisset, non verò respectu iuris præsentandi, ne alias  
 absurdum videatur sequi, nempe dato prædicto con-  
 sensu habere ordinatum ius quæsitum circa benefi-  
 cium patronatum vacaturum, contra reg. text. *in c. fin.*  
 iuncto *c. 2. de concess. præb. provt in specie colligitur ex*  
 mente Innoc. *hic in finalibus verbis, Abb. n. 6. & 7. in*  
*presenti.*

Notari solet ad hoc, quòd Rector Ecclesiæ patro-  
 nata potest sibi eligere, quos voluerit, ad seruendum  
 Ecclesiæ, & illi ministrandum sine patroni consensu,  
 vt per Gigg. *de personib. q. 23. n. 10. Cabed. de patronati-*  
*b. Regie Corona.*

In gloss. Virum electio, ibi, *cum Ecclesiæ non dicatur*  
*collegiata, &c.* Collegiata, ubi non constat de fun-  
 dationis initio, ex coniecturis, & indiciis probatur,  
 Innocent. *in c. postulasti, de inrepatron. Ioan. Andr. &*  
*alij in c. nobis, eod. tit. Alexand. d. cons. 75. num. 2. lib. 4.*  
*Roman. cons. 436. num. 6. Decian. cons. 6. num. 1. & 2.*  
*lib. 2. Rot. decis. 584. num. 2. & decis. 585. num. 2. part. 4.*  
*diuers. & apud Card. Mant. decis. 215. num. 1. & inter*  
*recent. decis. 637. sub num. 3. part. 1. & in Asculana Pa-*  
*rochialis S. Laurentij 20. May 1585. coram Orano, &*  
*in Cremonen. Propositura 24. May 1621. coram R. P.*  
*D. Remboldo, & in Placentina Archipresbyteratus 17.*  
*Marrij 1621. coram R. P. D. meo Pirouano, & in*  
*Asculana Plebania 12. Ianuarij 1624. coram R. P. D.*  
*Merlino.*

Coniecturæ autem & indicia collegialitatis potis-  
 sima sunt, quòd Canonici consueverunt congregari  
 ad libitum principalis dignitatis, illorum capitis, seu  
 illius

RBOSA  
Ius Can.  
21.3  
GVI  
16



illius ad quem de iure, vel consuetudine spectat congregare Capitulum, & ad sonum campanæ, & quod haberent sigillum commune, ac esset quoque communis arca, ita ut fructus communiter dividerentur, ut colligitur ex text. in c. tertio loco, de probat. & in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propr. & de communi sigillo in c. significavit, de appellat. & in cap. dilecta, de excess. Pralat. de arca, & massa communi in l. 1. §. quibus autem, ff. quod cuiusque uniu. nom. & de num. quod ex huiusmodi iudiciis, vniuersali scilicet Congregatione, seu tractatu in forma Capituli, ac sigillo, & arca communi plenè concludenter desumatur probatio collegialitatis Ecclesiasticæ, tradunt DD. in cap. nobis, hoc tit. de iure patron. ubi Abb. num. 28. Felin. in cap. accedentes, num. 2. de prescript. Roman. conf. 436. n. 7. Dec. conf. 6. n. 1. & 2. lib. 2. Aym. conf. 134. n. 5. Barbat. conf. 17. n. 3. & 4. lib. 1. Card. in Clem. statum, q. 4. de elect. & in Clem. 2. num. 10. de atat. & qual. Alex. conf. 75. num. 2. lib. 4. Mascard. de probat. concl. 584. num. 3. Rebuff. in concord. tit. de collat. in §. volumus, vers. collegialitatis, & passim sequitur Rot. decif. 584. n. 2. & decif. 585. n. 2. p. 4. diuers. Verall. decif. 142. num. 1. Card. Mant. decif. 175. n. 1. & decif. 215. n. 1. & coram sancta mem. Gregor. XV. decif. 482. n. 4. & fuit resolutum in Placentina Prepositura 4. Decembris 1628, coram R. P. D. Pirronano, & in dist. Asculana Parochialis, & Cremonen. Prepositura, & in d. Placentina Archiepiscopatus, in qua fuit dictum qualitatem collegialitatis probatam esse sufficienter etiam ex collationibus Canoniarum, & assignatione stalli in Choro, & loci in Capitulo factis per Canonicos capitulariter congregatos prouisis de Canoniciatibus, quippe quæ fieri non possunt absque collegiali nomine.

7 Numerus autem trium Canonicorum congruus est ad collegiatam constituendam. Innoc. in c. postulasti, n. 1. in princ. hoc tit. de iure patron. Felin. in c. accedentes, n. 1. vers. & nota, de prescript. Roman. conf. 436. num. 6. Lambert. de iure patron. p. 1. lib. 2. q. 6. princ. n. 3. Canaler. decif. 649. n. 6. Socin. decif. 296. n. 4. Rot. in d. Asculana Plebania coram Merlino, qui si recesserint, vel saltem de presenti non existat collegiata, adhuc tamen sufficit illam habitu esse ad hoc ut censi debeat Collegiata, Felin. in cap. accedentes, n. 2. vers. possit etiam, de prescript. Innoc. in c. postulasti, n. 1. de iure patron. Archid. in c. licet canon. sub n. 2. de elect. lib. 6. Mascard. de probat. concl. 584. n. 5. cum aliis, quos refert & sequitur Rot. in Cremonen. Prepositura 25. Februarii 1622. coram bonæ mem. Remboldo. Item potissima Collegialitatis coniectura est si in Ecclesia adit aliquis ut caput, & Clerici, vel Canonici uti membra. Alex. conf. 74. n. 4. lib. 4. Mant. decif. 215. sub n. 1. vers. unde, Rot. in d. Cremonen. Prepositura coram Remboldo, & in d. Asculana Plebania coram Merlino. Item manifestum est signum Collegiæ quando Canonici, seu Clerici, in Ecclesia faciunt propria statuta, Mant. decif. 175. sub n. 1. vers. item, quia habent, & decif. 215. sub num. etiam 1. Aduertas tamen quod non est necessarium ut omnes hæ coniecturæ simul concurrant, sed sufficit aliquas adesse, ex quibus id argui possit, & verosimile credatur, Rot. d. dec. 584. sub n. 2. p. 4. diuersarum. Mant. d. decif. 215. sub num. 5. vers. nec etiam. Non tamen sufficiens collegialitatis indicium actus congregandi se ad sonum campanæ, nisi alia signa concurrant ad faciendum Collegium necessaria. Caputaq. decif. 295. n. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 19. n. 14. & 15. Beltram. in annot. ad Gregor. XV. decif. 482. lib. C.

## S V M M A R I V M.

- 1 Patronus etiam Clericus Ecclesiam vacantem conferre non potest, & si contulit, potest nihilominus ad illam presentare.
- 2 Instituire habens si fiat patronus, vel ex iure deuoluto debeat beneficium conferre, an & quando unico, vel duplici actu expedire teneatur, remissum.
- 3 Priuationis pena non imponitur, nisi in casibus à iure expressis.
- 4 Priuationis pena à lege imposta non intelligitur ipso iure.

## CAP. Transmissæ. XXXI. &amp; ult.

## Gregor. IX.

PATRONUS non potest conferre, sed concedere, & instituire Ecclesiam, sed solum presentare: quare si vni conferat Ecclesiam, & mox presentat alium Episcopo, licet primus appellauerit ad Papam, tamen Episcopus potest instituire hunc præbendam. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. And. Anan. But. Host. Anchar. Henric. Panorm. Vioian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 344. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 514. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Habens instituire si fiat patronus, vel ex iure deuoluto debeat beneficium conferre, an, & quando unico, vel duplici actu expedire teneatur, vide Lambert. in tract. huius tit. lib. 2. p. 3. art. 19. Iul. Vin. in practi. iur. patron. p. 2. lib. 1. c. 10. quos refero ego ipse de officio preest. Episc. alleg. 72. n. 196. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 55. n. 12.

In gloss. Ex vi iur. patronatus, ibi, non debet imponi nisi exprimat, quod sit imponenda. Notatur ad hoc quod priuationis pena non imponitur nisi in casibus à iure expressis, ut per Tirac. in l. si vquam, verbo reuertatur à n. 249. Nanar. consil. 13. n. 3. sub tit. de prebend. in antiq. Laram in l. si quis à liberis, §. sed si filius, n. 91. ff. de liberis agnosc. Cot. in memorab. verbo Pann. pag. 673. Dec. conf. 464. n. 2. & conf. 557. n. 5. Corbul. de iure emphyt. tit. de priuat. ob alienat. ampl. 35. num. 5. Glor. resp. 6. n. 76. Aym. conf. 205. num. 31. & conf. 725. num. 3. & conf. 734. num. 5. & conf. 970. n. 6. Curt. iur. conf. 288. n. 27. & conf. 337. n. 27. volum. 3. Bero. conf. 14. n. 20. volum. 3. Syluan. conf. 25. num. 11. Roland. conf. 86. num. 2. volum. 2. Burlat. consil. 20. n. 52. volum. 2. Dec. consil. 13. n. 15. & conf. 14. n. 88. & conf. 72. n. 8. volum. 3. Ozalc. decif. 77. n. 3. Menoch. consil. 107. n. 97. vol. 1. & 2. arbitrar. casu 275. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 3. resol. 39. n. 11. & 32. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. c. 1. n. 63. Hentig. in summ. lib. 1. c. 5. §. 4. lit. D. & Perez ad tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 32. Gutier. pract. lib. 2. q. 65. n. 11. Cald. Pereira de resol. emphyt. c. 1. n. 25. & c. 6. num. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. n. 136. Valalc. de partitionib. c. 9. num. ult. Sord. de aliment. tit. 8. priuil. 64. n. 3. Bobadil. in sua politica. lib. 3. c. 4. n. 44. Mant. decif. 108. in fine. Caputaq. decif. 98. num. 3. p. 1. Rota apud Farin. decif. 489. n. 2. in fin. p. 2. recent. Et si à lege imponatur, non intelligitur ipso iure, Anchar. conf. 145. n. 3. Rot. apud Farin. decif. 8. n. 2. p. 1. recent.